



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



Digitized by Google




B.-S. 3173.



LEONARDVS ARETINVS,
natus A.C. 1369. defunctus Florentia A. 1443.

LEONARDI
BRUNI
ARETINI
PISTOLARUM
LIBRI VIII.
PRAEMISSA
POGGII FLORENTINI
ORATIONE RECUSI
CURANTE
O. ALBERTO FABRICIO,
D. ET PROF. PUBL.



HAMBURGI,
AD THEOD. CHRISTOPH. FELGINER,
MDCCXXIV.

V I R O
AMPLISSIMO EXCELLEN-
TISSIMOQUE
I O. G E O R G I O
WALCHIO,
IN ACADEMIA SALANA PRO-
FESSORI PUBLICO CELEBERRIMO,

S. D.

I O. ALBERTUS FABRICIUS.



*Effero Tibi, Vir
Eruditissime, pro
Nasone Tuo ἀντί-
δωρον præsentem
libellum, pro veteri scriptore re-
a 2 centem,*

centem, prosarium pro poëta, pro
Ovidii metamorphosi, Leonhardi
Aretini Epistolas. Non te præ-
terit, inter egregios Viros qui
disjectâ barbaræ noctis catagine
jucundum litterarum lumen Eu-
ropæ restituerunt, eximium lo-
cum huicce Leonbardo deberi, qui
singulare studium cum felici &
erecta indole conjunxit, & utrius-
que linguae ad unguem peritus,
tanta judicii & eloquentiae efflo-
ruit laude, ut Innocentius septi-
mus, Pontifex, admodum juvenem
tanto muneri parem duxerit &
Epistolarum Magistrum in aulam
suam adsciverit. Prodierat ex
disciplina magni Viri Emanuelis

Cbry-

*Chrysoloræ, diciturque Petrar-
chæ, ingeniorum sua ætate prin-
cipis pictam imaginem identidem
intuens incredibili ardore studio-
rum incensus primum fuisse. Per
totum autem vitæ suæ spatium
non modo tot Pontificibus, quibus
operam addixit suam, & Reip.
Florentinæ cuius deinceps reli-
quo tempore omni fuit Cancella-
rius, dexteritatem, fidem, inge-
nium suum cum summa laude pro-
bavit, sed etiam nihil intermisit
quo scriptis suis litterarum in-
crementum promoveret, & lin-
guæ Latinæ nitorem instauraret
ac decus, Historiæque lucem af-
ferret novam. Quantum deside-*

a 3 rium

rium sui moriens reliquerit, &
quantam tulerit gloriam, ex
Poggii facile licet Oratione co-
gnoscere, quam à Viro supra lau-
des, Stephano Baluzio publicatam
infra subiunxi: ne dicam de Epi-
taphio, quod ei posuit Carolus
Aretinus, inscriptum tumulo mar-
moreo, quo corpus eius in templo
S. Crucis Florentiae contegitur:
aut de eo quod mortui supra pe-
ctus, opus quod condiderat Histo-
riæ Florentinæ, & corona capiti
imposita fuit iussu Reip. à Ianno-
tio Manetto, qui vitam eius com-
posuit, quam operibus illius præ-
figere, & hæc collecta a se iun-
ctim dare in lucem. pridem insti-
tuit

*tituit Philibertus æ la Mare, Se-
nator Divionensis. Quam mul-
tis autem ingenii fætibus &
quam præclaris Leonhardus rem
ornaverit litterariam, ex Iulii
Nigri, Ferrariensis, S. I. histo-
ria postuma scriptorum Florenti-
norum placuit exponere, quæ
Ferrariæ ante biennium lucem
vidit: Ex scriptis porro illius
legendas exhibere Epistolas, quod
rarius sint obviæ, & à studiosis
tamen evolvi merentur non modo
ob dictionis cultum & elegantiam,
sed etiam propter varia, quæ do-
cent dignas citu, partim ad sta-
tum illorum temporum facientia,
partim ad amœnitatem & solidio-*

a 4 rem

*rem scientiam litterarum. Has
nomini Tuo Clarissimo consecra-
tas a me, quæso accipe, Vir erudi-
tissime, pignus amoris in Te mei,
& cum magno meritissimoque So-
cero Tuo diu Ecclesiam orna &
rem provehe litterariam ac Vale.
Hamburg. VIII. Calend. Septemb.*

A. C. cIs Icc XXIV.

ORATIO



ORATIO *
POGGII BRACCIOLINI
IN FUNERE
LEONARDI ARETINI
dicta Florentiæ An. 1443.

Hodiernus , Florentini, dies,
atque hic publicus mœror
communi voluntate suscep-
ptus declarat quanta huius
præstantissimi atque omni laude dignis-
simi viri virtus extiterit , & quam cara
& gra-

* Aeneas Sylvius, postea Pius II. Pontifex Epistola 51. ad Ioannem Campisium : *Leonardum Aretinum ex te primum sensi obiisse. Dent eius umbræ tenuem & sine pudore terram su- peri, spirantesque crocos, & in urna perpe- tuum ver, qui Latium ornavit litteris, quo nemo post Lactantium Ciceroni proximior a s fuit.*

ORATIO POGGII

& grata universæ sit Cœnitati, cum videamus omnes Magistratus huius Urbis, omnium Ordinum Consensum, universum populum ad ornandam hanc funeris pompam una mente suis decretis ultra in eandem sententiam convenisse. Nullus est enim, qui se civem esse existimat, qui non suum studium atque operam præstiterit ad cohonestandas hominis exequias, optime de Rep. meriti, & eius cui parem rara sæcula protulerunt. Magnum quippe & præclarum hoc testimonium Virtutis est & Laudis, & mea sententia plurimi æstimandum. Is enim iustus & verus est honor, qui soli Virtuti sponte conceditur & recte factis: non qui aliunde queritur, aut precibus est aut suffragiis hominum mendicatus. Non generi, non majoribus, non

fuit. Gaudeo POGIUM eius locum apud Florentinos tenere, sed maluisse potius locum non vacasse, ne tanto splendore caruisse Hetruria. Multos adbuc Græcos nobis dare Latinos potuisset. Sed instat omnibus suis dies, nec doctum nec indoctum mors preterit. Felix qui sic vivit, ut nihil timeat mori. Ventus est hac vita, mi Ioannes.

IN FUNERE ARETINI.

non parentibus Leonardi , non amicis
rogantibus , ii honores tribuuntur , sed
probitati, prudentiæ, continentiæ, inte-
gritati vitæ: ut non externo opere quæ-
situs , sed à sola virtute profectus appa-
reat. Itaque cum cætera vitæ commo-
da nobis quærenda sunt, tum vero maxi-
me virtutis ratio omni conatu appeten-
da , cum tanta illius cultoribus tum vi-
vis tum mortuis sint honoris præmia
constituta. Licet autem satis fructus
Virtutis in ipsa Virtute positus videatur,
tamen ad laudem quoque confert & po-
steritatis memoriam ab his diligi , coli,
ornari , prædicari , qui & ipsi in laude
vixerunt. Sed mihi pietas præcipue
Civitatis , tum celebris hoc in ornando
funere civium frequentia maxime lau-
danda esse videtur , qui huius singularis
viri memoriam tam grata significatione
benevolentiæ prosequantur. Quæ res
tum spectat ad mortui gloriam singula-
rem , tum vivos excitat ad capessendum
eum vitæ cursum , quem propter con-
spiciant hunc civem tales honores con-
secutum ac tam carum Reipubl. extitif-
fe,

ORATIO POGGII.

se. Quamvis autem Leonardi virtus nullius externa laudationis opera egeat ad se ornandam, quippe qui sibi vivens laudem peperit immortalem, tamen præstandum est à nobis debitum officium amicitiae nostræ, quæ iam amplius annis quatuor & quadraginta inter nos similium studiorum cursu cœpta, semper viguit sanctissime absque ulla querela aut benivolentia intermissione. Solent quandoque inter amicos, dissensiones, jurgia, & contentiones exoriri, ut intermissione quædam benivolentia fieri videatur. Sed nostra semper inviolata permanxit animorum coniunctio, quorum amorem nullius unquam dissidii causa distraxit. Et id quidem jure inter nos contigit. Ea namque vera est ac stabilis amicitia, quam optimarum artium studium & bonorum morum similitudo contraxit; quæ quoniam mutua benivolentia & officiis fovet, necesse est, ut ita sit firma ac diuturna. Et licet ab omnibus doctis ac eloquentibus viris hoc munus postuletur, ut famam eius, qui huius seculi nostri & doctorum omni-

IN FUNERE ARETINI.

omnium maximum fuit ornamentum,
celebrem reddere ad posteros debeant,
tamen id præcipue à nobis suo quodam
iure videtur exigere ius nostræ amici-
tiæ, & voluntatem studiorumque con-
iunctio; ut in quem vivum summa be-
neficia contulimus, defuncti quoque me-
moriā aliquo munere afficiamus. Sed
antequam de eo, quod proposui dicere
aggrediar, paucis mihi queri liceat de
communi omnium nostrum conditio-
ne, quæ mihi in angusto nimis & in in-
certo rerum statu videtur esse posita,
deque fatorum iniuria, quæ me omni-
bus his privarunt, quos mecum ab in-
eunte adolescentia litterarum studia sum-
ma caritate & benvolentia devinxerunt.
Nam primo communem Doctorum
omnium parentem *Colutium Salutatum*
humanissimum ac doctissimum virum,
tum *Robertum* cognomento *Rufum*, dein
de *Nicolaum Nicolum*, viros omni littera-
rum genere & humanitatis studiis præ-
stantissimos, deinceps omni virtute vi-
rum celebrem *Laurentium de Medicis*,
pluresque alios summa mihi amicitia
coniun-

ORATIO POGGII

coniunctos eripuit nobis. Restabat hic unus veterum studiorum & quasi renascens olim academiæ socius, quocum non solum studia sed cogitationes quoque communicare solitus eram, revocans saepe sermones nostros ad illam prioris ætatis nostræ iocunditatem, cum omnes hi viverent quos modo nominavi. At hunc quoque in ipso fructu laborum suorum interceperunt, ostenderuntque, nihil extremo die esse incertius, nihil hac nostra infirmius vita. Et quidem hic obitus non admonet, magis de futuro, quam de præsenti tempore esse cogitandum. Incertus est enim ac dubius status vitæ, fragilis hominum natura, corpus imbecille, & quod multos subeat casus. Nam si, ut inquit Varro, homo bulla est, eo magis senex. Erat Leonardus noster septuagenarius, tamen valido corpore ac robusto, quippe qui raro adversam valetudinem sit expertus, ut nihil ei ad præsens, quam mors repentina extimescendum esse videretur. Sed nihil nos fallit magis, quam quod nemo adeo senex est quin annum,

IN FUNERE ARE'FINI.

annum, ut scribit Cicero, speret se esse victurum. Quo fit ut longius quandoque trahamus res nostras, quam deceat viros sapientes & cogitata vitæ ratio postulet. Mors enim à tergo instat, & conatus nostros, quamvis honestos, in medio apparatus interscindit atque abrumpit, & omnia secum aufert, nisi quæ virtute & vitæ bonitate fuerint comparata. Itaque perbeati meo iudicio illi æstimandi sunt, quorum vita non hac brevitatem temporis circumscribitur, quæ omnibus animantibus est communis: Sed ad posteros longo intervallo virtutum beneficio propagatur. Quamvis autem nihil sit in morte mali, neque post ipsam quidem, his qui iuste ac reæte vixerunt, (nam in ea, vitæ anteactæ viri boni præmia adipiscuntur, totaque vita sapientis nihil aliud quam mortis meditatio esse debet) tamen dolendum est nobis, qui reliqui sumus talium virorum præsidio & virtute privati. Etenim mors non his deflenda aut misera videri debet, qui diem obeunt, si iustitiam coluerunt: Sed illis potius, qui su-

b per-

ORATIO POGGI

persunt. Illi enim fortunæ omne arbitrium effugerunt, his novarum rerum impetus pertimescendi. Illi suum finem, in quo est vitæ perfectio, sunt sortiti; aliis asperum iter agendum. Quo vero meliores habentiar fines, quam ea, quæ ad finem spectant, eo sapientis mors melior perfectiorque quam hæc vita æstimanda est. His mors gravis esse debet, quorum vita morti est similis, nulli virtuti coniuncta. Quibus autem perpetua laus & gloria, vitæque anteactæ fructus proponitur, ii mortem æquo animo ferunt, tanquam laborum finem & præmia meritorum. Quoniam vero (ut iam redeamus quo nostra defluxit ratio) illius laudes sumus prosequuturi, cuius nulla pars vitæ laude vacavit, ita eas distribuemus, ut tum vitam omni commendatione exactam, tum opera, quæ in nostram utilitatem edidit, recensfamus. Natus est hic *Aretii* civitate admodum antiqua ac maxime nobili & olim inter capita Etruriæ, cum ea potens viris armisque esset æstimata. Hæc olim ursa adeo opibus virisque magnifica

IN FUNERE ARETINI.

fica & opulenta fuit, ut eam solam quondam P. Scipioni ad Bellum Punicum proficiscenti triginta millia scutatorum pollicitam esse, galeas totidem, pila, gæfa, hastas longas millia quinquaginta, summamque pari cuiusque generis numero expleturam, secures, rutra, falces, alveos, moles, quantum in quinquaginta longas noves opus esset, tritici centum & viginti millia modia, & viaticum decurionibus remigibusque allatura T. Livius refert. Magna profecto potentia, amplitudo, opulentia eius civitatis censenda est, quæ tantum ad Belli Punici expeditionis attulit, quantum universa Ethruria vix hodie possit efficere. Sed & nostris quoque temporibus duabus rebus, quibus honor & fama præcipue acquiritur, semper claruit, militari gloria & studiis litterarum. Multos illæ civitas nobiles & egregios in re militari viros, ut de superioribus fileamus, nostra ætate protulit, plures Litterarum studiis in omni genere Doctrinæ præclaros, quorum pars diem suum obiit, partem Dei beneficentia ad communem

ORATIO POGGII

eloquentiæ & sapientiæ usum nobis re-
servavit; qui cum sint nobis notissimi,
eorum nomina, ne iis blandiri videar,
prætermitto. Unum non præteribo
quod forsitan multis ignotum est, Fran-
ciscum Petrarcham virum doctissimum
ac sapientissimum, cuius ingenio pluri-
mum debemus, patria, ut ipse testatur,
Aretinum fuisse. Itaque maximas civi-
tati illi docti omnes & habere & agere
gratias debent, quæ musarum domici-
lium videtur nostris temporibus extitisse.
Certe ab eis humanitatis & sapientiæ
studia exulta maxime sunt atque am-
plificata. Et genere Leonardus mini-
me claro fuit. Sed quod natura non
attulit, virtus elargita est. A se ipso enim
nominis claritatem ac generis nobilita-
tem traxit, quæ vera est & perfecta no-
bilitas. In quo enim virtutum splendor
consistit, in eo ingenua ac perfecta no-
bilitas inest, non exterius proficiens,
sed nascens domi, non alieno sed proprio
beneficio parta, non maiorum opera,
sed suis vigiliis, laboribus, studiis acqui-
sita. Nam qui genus iactat suum, ut
tragi-

IN FUNERE ARE'INI.

tragicus inquit, aliena laudat. Et quidem quanto præstat lumen præbere aliis, quam alieno splendore lucere, tanto satius est sibi peperisse nobilitatem, quam alterius munere accepisse. Si tamen accipi potest, & non sibi quisque nobilitatem comparat virtutum gloria & recte factis, ex quibus maxime nobilitatis aura resplendet. Itaque sive, ut Aristoteli videtur, ei nobilitas virtute & opibus comparatur, hic egregie nobilis evasit: sive, ut Stojois placet, sola virtus illum parit, satis abunde nobilitatus est & claritate nominis per ora omnium pervulgatus. Ab ineunte adolescencia latinas litteras in patria percepit; & quum animo maiora quædam conciperet, Florentiam se contulit, in qua uberior discendi facultas & amplior consequendæ laudis campus esse videbatur. Ibi quadriennio Iuri Civili operam dedit. Quo in studio cum plurimum profecisset, supervenit *Manuel Cbryfolaræ* ex CPoli, Græcorum omnium sapientia & eloquentia tum facile princeps, qui studia græcarum litterarum, quæ iam diu

ORATIO POGGI

In Italia oblita & sepulta erant, apud nos primus excitavit. Et cum plures ad eius doctrinam confluarent, haberenturque cœtus præstantiores, Leonardus illorum gloria commotus, cum in eo studio magnam laudem propositam videret, posthabita Iuris Civilis cura, adhæsit Manuela; breviique effecit, ut omnes coauditores tum bonitate ingeni, tum studio diligentè facile superaret. Exercebatur tum Latina in Græcum sermonem, tum Græca in Latinum convertens. Sed cum utraque in lingua adeo profecisset, ut eloquentia excelleret omnes qui tum doctissimi habebantur, labores vero suos tantummodo laudari, nihil vero sibi afferre emolumenti cerneret, & premebatur inopia, ut qui tenui esset censu, rediit ad disciplinas Iuris Civilis, quæ suis cultoribus opes & divitias pollicentur. Querebatur saepe mecum, pro nostra familiaritate, se invitum, & necessitate compulsum relinquere ea studia, ex quibus magnam sibi gloriam paratam omnes prædabant, & ad eam scientiam, quæ iam antiquas-

IN FUNERE ARETTINI.

ti quasset, se everti; præfertim cum tanquam studiorum suorum primitias iam quædam opuscula edidisset summa cum eloquentia & omnium commendatione. Accedit interea, ut ego ad curiam Romanam proficerer, Bonifacio IX. Pontifice, fieremque paulo post quam accesseram, litterarum Apostolicarum scriptor, quod officium & utile est, & honestati dignitatique coniunctum. Successit anno post Innocentius VII. defuncto Bonifacio in Pontificatu. Et cum antea Leonardus, qui illam legum molestiam effugere capiebat, primo verbis, deinde litteris egisset mecum, ut curarem, ut in curiam accersiretur, ad aliquid exercitium, ex quo victum honestum posset consequi, mihi vero cum his qui essent Innocentio proximi, summa esset necessitudo, laudando Leonardum, & orationis elegantiam virtutemque præceteris extollendo, ac simul quædam eius scripta ostentando, effeci ut is, licet ignotus tum Pontifici tum ceteris, ab Innocentio Secretarius fieret, duorum præfertim opera, qui Pontifici etiam carissi-

ORATIO POGGI

mi, mihi que satisfacere cupiebant. Quia
in re multas ac graves contentiones suscep-
pi aduersus quosdam, qui illud idem
summopere ambiebant. Sed ego o-
mnia pro amico subeunda esse iudicans,
& illius desiderio satisfacere cupiens,
nullum laborem, nullam diminutionem
honorum, nullam malivolentiam pro
nostra coniunctione declinandam putau-
vi. Meis itaque litteris accitus ad ur-
bem, pauloque post meorum opera Se-
cretarius effectus, ostendit vera esse quæ
a me de eo ferebantur; brevique se in
Pontificis, qui humanissimus erat, beni-
volentiam insinuans, illi acceptissimus
fuit. Eodemque officio, quod semper
summa integritate, fide, innocentia ad-
mistravit, Gregorii quoque atque Ale-
xandri & Iohannis tempore, cuius pon-
tificatus quæstuosissimus fuit, functus est,
multasque tum pecunias Iohannis indul-
gentia contraxit. Sed cum Iohannes
esset Bononiæ, Leonardus accitus est a
vobis in Cancellarium, quo in officio
paucis mensibus præfuit. Nam tum no-
vi exercitii difficultas, tum maioris spes
emolu-

IN FUNERE ARETINI.

emolumenti, eum coegerunt, ut abdicato officio, ad prioris exercitii vitam rediret. Romam in qua Johannes Pontifex aderat, profectus est. Pauloque post uxorem ducit adolescentem optimam, ex qua unicum filium suscepit, quem moestum, & sordidatum, flentemque videtis; Tum ad urbem rediens, Pontificem secutus est, quoad Constantia civitate Germaniae, quo Concilii causa accesserat, aufugeret. Hic cum cerneret, Iohannem præcipitem se agere, multa vero tum pericula illum sequentibus impendere viderentur, finem illius sequendi sibi constituens, Florentiam reversus est. Et cum litteris ac scribendi rure contentus, ac honesto otio frueretur, iterum cancellaria ei a vobis demandata est; quæ summa cum laude atque auctoritate usque ad extremum viæ tempus ab eo gesta est. Functus est etiam summis magistratibus civitatis. Nam bis ex Decemviris summo civium favore factus fuit, vexillumque societas tribus gessit, ac ex Prioribus unus creatus est. Ad id quoque (quod præ-

ORATIO POGGI

cipuum est in civitate) vexillum perver-
nisset, nisi mors vivendi finem attulisset:
quæ licet in ætate proiecta contigerit,
tamen acerba dīci potest atque immor-
tura, si virtutes eius consideretis; si mo-
res; si scribendi utilitatem, si gravitatem;
si prudentiam, si otium, quod semper
ad scribendi curam, utilitatemque vi-
ventium conferebat. Quæ omnia nobis
dies unus abstulit, eumque abstulit quem,
si fas esset optare, oportebat fieri im-
mortalem. Quia autem duo genera
funt hominum, qui procul a laude mi-
litari vitam honestam sequuntur, alte-
rum eorum qui animum suum appli-
cant ad rempubl. gubernandam, inque
ea administranda labores pro communi
utilitate suscipiunt, alterum eorum, qui
otio dediti litterarum quiescunt procul
a turbine populari, utrumque Leonar-
dus noster est summa cum laude com-
plexus. Nam otii fructus uberrimos
nobis & quam plurima ingenii sui monu-
menta reliquit. Rei etiam publicæ curas
gubernandæ adiit; in qua vita versatus
est, ut summa continentia, integritate
& vir-

IN FUNERE ARETTINI.

& virtute, atque innocentia nemini cef-
ferit & præstiterit multis. Magna hæc
summi ingenii argumenta sunt & præ-
stantis naturæ insignia, cum in otio tan-
tum Reipub. muneribus sit impartitus
quantum, qui nihil aliud agunt, & tan-
ta conscripserit, quanta ne illi quidem
assequuntur, qui procul a Reip. labori-
bus summa in quiete consenescunt. Vi-
ta fuit per omnem ætatem parcissima ac
severa, summa vixit æquitate, continen-
tia animi, modestia, iustitia, ut qui ne-
minem unquam lacefferit iniuria, nemini
maledixerit. Amicis præsto erat, si
quid eius opera uti vellent. Prudentia
ac gravitas in eo viguit singularis. Quod
ei tempus à litteris supererat & à Rei-
publ. negotiis, tum privatæ rei impar-
tiebat, tum cœtui amicorum, quibus ad-
modum delectatus, domi severus, foris
humanus fuit. Morosior paulum diffi-
ciliorque habitus est, quam studia hu-
manitatis doctissimi viri ratio postulare
viderentur. Sed morositatem parcita-
temque a natura contraxit, virtutes sibi
studia ac scribendi agendique diligentia-
que

ORATIO POGGI.

que pepererunt. Verum quod multis
vitio tribuitur, id ego in viris Doctis
minime iudico reprehendendum. Non
enim aliquando non sibi nasci hominis
est virtute præstantis, sed trunxi potius
ac stipitis insulsi. Quidam tarditate
mentis ac stupore quodam pigrescunt,
nihil sentientes, etiamsi more bubalorum
stimulo pungantur, quod non virtutis
videtur esse sed stupiditatis. Nam ex-
citata ingenia prompta vigentia necesse
est commoveri quandoque ad breve
tempus; & aut aliorum timiditate, aut
iniuria, aut errore, subita quadam indi-
gnatione excitari, id magis naturæ in-
gentis ac perspicacitatis esse videtur,
quam aut dissimulare passionem, ut mul-
torum, qui se bonos haberi volunt, mos
est, aut omnino non commoveri, quod
nulla virtus præstat, sed mores aut calli-
di aut hebetes sensus aut ignari. Non
autem subita effervescentia & repentina
quædam indignatio, quæ nemini noceat,
est vituperanda, sed potius commen-
danda. Excitat enim animum & inge-
nium solet reddere perspicacius. Hæc
vitæ

IN FUNERE ARETFINI.

vitæ ratio viri optimi fuit, quam paucis
prosequuti sumus, ut ad ea quæ maiora
sunt, quæque mihi secundo loco propo-
sueram dicenda, veniamus. Cum ad-
huc græcis autoribus Florentiæ vacaret,
transtulit sermonem quendam *B. Basili*,
quem habuit ad discipulos instituendos
mira dicendi suavitatem, ut non traducta
oratio, sed a se profecta videretur. Dein-
de summa elegantia *dialogum* quendam
edidit, in quo cum primo libro viros
præstantissimos doctissimosque *Dantem*,
Franciscum Petrarcham, *Iohan. Boccatium*,
eorumque doctrinam, eloquentiam, ope-
ra impugnasset, secundo insuperioris ex-
cusationem ipsorum & virtus laudata est.
Et vita *Tiberii & Caii Gracchorum*, *Pauli
Æmilii*, *Catonis posteris*, *Sertorii* quoque
& *Ciceronis* ex Plutarcho latinas fecit.
Sed vitam Ciceronis non tanquam in-
terpres, sed velut à se editam compo-
suit, multa addens à Plutarcho præter-
missa. De laudibus huius florentissimæ
urbis edidit librum unum. Transtulit
præterea libellum *Xenophontis de tyran-*
no, ex *Pleione* vero *Gorgiam & Phædo-*
nem

ORATIO POGGI

nem & *Epistolas* quasdam. Ex *Aristotele* autem *Oeconomicam*, in cuius explanatio- nem quædam edidit, ac ethicorum & politicorum libros, in quibus rejecta bar- barie pravorum translatorum, ita ad verbum fere sententias exprimit, ut fa- cile intelligi queant a Latinis. Insuper *Aristotelis vitam* scripsit multis ex auto- ribus tam Græcis quam Latinis contra- etam. Commentaria quoque primi li- bri belli Punici ex *Polybio* Græco Histo- rico duobus libris expressa reliquit. Ex *Procopio Historiam Gotthorum* quatuor libris complexus est. Volumen quoque *Epistolarum* & plura opuscula, velut *de militia, contra hypocritas nostri temporis,* separatim *historiam*; multaque præterea composuit in quibus dicendi elegantia & summa ingenii vis appetet. Sed quod sibi summam etiam laudem omni- bus affert seculis, *historia est de rebus Flo- rentinorum* duodecim libris scripta. Orfus est eam paulo supra trecentes- mum annum, a quo tempore res popu- li Florentini certiores ex superiorum scriptis reperiuntur, opus certe luculen- tum,

IN FUNERE ARETINI.

tum, & quo fama, nomenque Florentinæ urbis in æternum ad posteros certo & maximæ auctoritatis scriptore demandabitur. Non autem quod proposuerat ad extremum deduxit. Nam cum constitueret ad hæc nostra tempora usque historiam prosequi, bella solummodo quæ cum priori Duce Mediolani gessimus, conscripsit, reliqua perficere conantem, mors interruptit. Huius historiæ causa singulare à vobis est ei virtutis præmium constitutum, quod & gratæ & ob suscepturn beneficium civitatis memoriam præberet, & alios excitaret, ad commendanda gesta eius urbis, quæ tam memorem se præstaret bene erga patriam meritorum. O civitatem egregiam! O Rempublicam & summis laudibus extollendam! O dignam maximo Imperio urbem, in qua tanta doctrinæ præmia exposita esse videamus! Neque ullam esse rempublicam, ullum populum, ullos Principes, apud quos studiis humanitatis & eloquentiæ deditis maiora virtutis munera sint concessa, apud quos tantus habeatur opti-

ORATIO POGGII

optimarum artium studiis honor. Nam cum primum domicilium Leonardus Florentiae elegit, historiamque cœpit contexere, civitate à vobis & certa census quantitate, quæ etiam ad filios manaret, in civitate donatus est. Eadem immunitas & Carolo quoque Aretino summa quoque eloquentia atque sapientia prædicto postmodum concessa. Postremo quoque & mihi, licet in doctorum aut eloquentium numero minime sim censendus. Sed tamen mihi, eadem similium studiorum de me concepta opinione, idem muneris tribuistis. Leonardi vero, quæ ante ad tempus concessa erat, immunitatem in laborum suorum retributionem, perpetuam effecisti. Tantum abest, ut hanc rempublicam pœnitentiat gratias beneficij reddidisse, ut illud maiore liberalitate voluerit esse accumulatum. Ubinam gentium audimus tanta beneficia cives, tam propensam in ornandis viris excellentibus civitatem, tanta suffragia eloquentiae studiis impensa? Hæc vero præstans humanitate ceteris gentibus communis bonarum

IN FUNERE ARETINI.

narum artium patria dici debet, & dicendi artis officina, quæ humanitatis doctrina præditos recipit, colit, fovet, & summis honoribus ornat, tum dum spiritum trahunt, tum etiam dum vitasunt functi. Apud Athenienses olim magna copia fuit scriptorum, qui eorum res gestas suis vigiliis ornarunt, tum Græci, tum Peregrini; sed nullum eorum legitimus aliqua ab Atheniensibus suorum laborum præmia publice consequutum. Romanorum facta & dicta multa præclara ingenia conscripsere. Ennium tantum civitate donatum accepimus opera P. Scipionis; Nullum ex reliquis, cum plures fuerint, comperimus aliquo à republica munere affectum, cum sua in tradendo posteritati Romanorum memoria vitam & operam collocassent. Hæc sola inter ceteras urbes, tanquam sapientiæ domicilium & studiorum optimorum auætrix, admirabili quadam virtute & animi excellentia Pierum, qui primus eius gesta suis scriptis in lucem prodere est aggressus, maxima beneficia in vivum, singulares honores in mor-

ORATIO POGGI

tuum collocavit, ostenditque quam accepti ii sibi essent, quorum opera in suo honore & laudibus versaretur. Magnum hoc in reliquis incitamentum ad capessendum id Doctrinæ genit in quo qui elaborant, maxima suorum laborum, vigiliarumque sunt præmia consecuti. Maior illorum consolatio, quibus civitatis indulgentia fuit tam propensa, ut singuli munere fungerentur maxima ciuium gloria, quorum nomen reddetur scriptorum studiis & tali beneficentia immortale. Sed quoniam Leonardus iter nobis ostendit, tum virtutibus suis, tum ingenii præstantia, ad laudem & gloriam consequendam; hortoreos, quorum vitæ ratio est à literis aliena, ut eius virtutem, continentiam, probitatem, caritatem erga Patriam imitentur. Licet enim etiam sine litteris civem esse præclarum, & cum rempubl. tum consilio atque opere ituvare. Nam & apud pri-
f eos illos & apud posteriores fuere per-
multi absque ulla doctrina excellenti vir-
tute præditi, qui res & bello & pace
præclaras magna cum laude gessere. Et
cum

IN FUNERE ARETINI.

sum virtutis laus in actione consistat, continentiam, probitatem, innocentiam, animum in consulendo liberum, in agendo diligentem, potius quam scientiam civitas desiderare atque appetere videatur. Verum litterae si accedant, minime sunt repudiandæ sed appetendæ potius si defint, quoniam afferunt summum ornamentum earum cultoribus, & adres agendas doctiores ac perfectiores solent reddere. Illos vero quibus Musæ sunt cordi, qui que bonarum artium studiis deduntur, obsecro, ut eum vitae cursum quem cœperunt, dicendo scriben- doque prosequi omni conatu atque ani- mi contentione nitantur, se etenturque illius vestigia cuius laudes in cœlum con- sensu omnium efferuntur, in primis autem virtutem colant & habeant vitæ du- cem, sine qua & litteræ contemnenda- sunt, & doctrina omnis videtur esse re- pudianda. Nam quibus pluris est scien- tia quam virtutis indagatio, ii viri eva- dunt callidi & perniciosi, & tum Reip. tum ceteris inutiles. Longe enim er- rant illi, a quorum mentibus abest virtus

ORAT. POG. IN FUN. ARET.

fuorum actuum atque operum moderatrix, doctrinamque ad salutem hominum comparatam, ad perniciem gentium convertunt. Re enim honesta abutuntur ad scelus & perfidiam, & tanquam virginem castam videntur prostituere in nefarios usus. Itaque omnes, qui viri magni & ceteris præstantiores esse volunt, nomenque suum reddere clarum, litterarum studiis & doctrinæ exercitia virtutum adiungant, eaque ad Republicæ & ad singulorum utilitatem conferant. Præstat enim indutum civem esse quam malum, minusque malus civis rudis, quam doctus qui rempublicam perturbat & nocet civitati. Qui autem hæc duo enixè amplectuntur, necesse ut primum beata vita fruantur, quæ virtute & recte factis acquiritur, tum vero asequantur memoriam nominis sempiternam, postremo felicitatem futuræ vitae, quæ est vera & perfecta felicitas, quamque omnes debemus appetere, consequuntur.

EX

EX JULII NIGRI,
Ferrariensis, S. J.

HISTORIA SCRIPTORUM FLORENTINORUM

edita Ferrariae 1722. fol. pag. 352.

LIONARDO BRUNI,
detto ARETINO.

DA Arezzo, che gli fù Patria, contrasse il soprannome d'Aretino; è dagl' Impieghi in Firenze, l'onore della Cittadinanza della Repubblica; e la singolare Dottrina gli merito condegno Posto trà questi Scrittori. La Vivacità del suo Ingegno l' impadronì ancor Giovanetto delle Lingue Latina e Greca, sotto *Coluvio Salutati*, ed *Emanuele Chirisolora*; e restituille all' antico loro puro splendore; e felicemente si impossessò di tutte le Scienze, che lo formarono un perfetto Filosofo, Oratore, ed Istorico. Ebbene negli Anni ancorgiovanili l'onore di servire ad *Innocenzo VII*, e agli altri quattro (a) Pontefici Successori; in qualità di Segretario de' Brevi Apostolici, continuando à sostenere con infinito credito, un' Impiego si confidente; sino alla celebrazione del Concilio Generale di Costanza; che allora richiamato alla Patria con

c 3

Carat-

(a) Hi sunt Gregorius XII. Alexander, V. Ioannes XXIII. & Martinus V.

SCRIPTA ARETTINI.

Carattere di Segretario della Repubblica; prosegui nella Carica tutto il corso di sua Vita. La Qualità riguardevolissima dell'Impiego; una certa sua Naturale, e dagli Storici distinta Parsimonia; gli accumularono molte Ricchezze; delle quali, in una sua Lettera si duole, d'averne gran Parte confunte nelle Nozze di suo Figliuolo, per conformarsi al Lusso d'Allora; come il suo Ingegno e la sua Penna, gli produssero una bella Dovizia di Componimenti; che tutti paszano per Capi d'opera. Pieno di Reputatione, di Ricchezze, e d'Anni; in Età di 74. morì in Firenze, l'anno del Signore 1444, o come notò Matteo Palmieri nel Libro de *Temporibus*, il 1443. il giorno nono di Marzo; El suo cadavere fù sepolto nella chiesa di Santa Croce; e gli fù coronato il Capo d'Alloro, come ad Eccellenzisimo Poeta; celebrate con Reale Magnificenza à spese Pubbliche l'Eseque; con l'accompagnamento di tutti i Collegi, Magistrati, e principali Uffici di Firenze, che assisterono all' orazione del Celebre *Gianozzo Manetti*; che con la sua Eloquenza coronò il Trionfo dell'Aretino; il di cui Nome restò pure eternato con la seguente inscrizione in Tomba di Marmo scolpita:

Postquam Leonardus e Vita migravit; Historia luget. Eloquentia muta est, ferturque Musas,

SCRIPTA ARETINI.

Musas, tum Græcas, tum Latinas, lachrymas tenere non potuisse. L'Elogio però immortale, e scritto in tutte le Parti del Mondo al suo gran Nome; glie lo fece la sua Penna Græca e Latina, nell' opere, che di lui abbiamo; e sono le seguenti:

Historia Florentina Libris 12; quæ ex Palatinis MSS. Avtographis, edita sunt in lucem, per *Sixtum Brunum* (b) I. C. Naumburgensem Consulem.

Fù tradotta in Lingua Toscana da Ms. *Donato Acciajoli*; ed usci la prima volta dalle Stampe di Venezia, nel 1473. in folio; e di poi in Fiorenze nella medesima forma, del 1492; e di nuovo l'Anno 1560. in Venezia; insieme con l'Istoria Fiorentina di Ms. *Poggio*, scritta da Lui in Lingua Latina, e tradotta in Toscano per *Jacopo* suo Figliuolo. Era pure stata impressa in Vinegia, il 1476, adi 12. Febbrajo, per l'uomo d'Optimo Ingegno, Maestro Jacopo de' Rossi, di Nazione Gallo; Regnante lo inclito Principe Ms. *Pietro Mocenigo*; con l'Annotazioni di *Francesco Sansovini*; e porta questo Titolo:

L'Istoria Universale de' suoi Tempi, di Ms. Leonardo Aretino; nella quale si contengono tutte le Guerre, fatte trà Principe in Italia; e specialmente da' Fiorentini in diversi

c 4 tempi,

(b) *Brunonem, Dobelessem Misnicum. Argentorat.*
1610. fol.

SCRIPTA ARETINI.

tempi, fino all' Anno 1404; con la Giurisca delle Cose, fatte da quel tempo fino all' An. 1560; e con l'Annotazioni, poste in Margine a' suoi luoghi; riveduta, ampliata, e corretta, per Francesco Sansovino; In Venezia presso *Francesco Sansovino* 1561; dedicata dallo stesso Sansovino, Al Clarissimo, e Prestantissimo Signore, il Sig. Gio. Matteo Bembo, Senatore Illustre; divisa in dodici Libri. Quest' Iстория Principia dallo Scisma, che si fece contra Urbano VI. Papa nel 1378; e termina con la Vittoria ottenuta l'Anno 1404. da' Fiorentini, presso Angiari.

De Bello Punico Libri duo; (c) quorum prior continet Bellum primum, inter Romanos, & Carthaginenses; hactenus apud Livium desideratum. Alter seditionem Militis Conductitii & Populorum Africæ à Carthaginiensibus defectionem., Badio Ascensio nell'Edizione, che ne fù fatta in Parigi, di quest' Opera; v'hà posto in fronte il nome di *Polibio*; persuaso con Altri, che l'Aretino non abbia fatto in essa altra fatica; che dal Græco tradurre Polibio in Latino, abbenché esse prevenendo questa Censura; nella sua Prefazione lo reghi. Quest' opera per altri in tre Libri divisa; volgarizzata da un' amico di Leonardo; fù ristampata

(c) Brixie 1498. fol. Paris. apud Badium 1512. & Auguste Vindel. 1537. 4.

SCRIPTA ARETINI.

para col Proëmio dell' Autore, in Venezia
l'Anno 1544.

Bellum Gothorum, (d) Basileæ apud Her-
vagium 1531. Questa Fatica Latina, in quat-
tro Libri divisa; con Proëmio Latino, fù dall'
autore dedicata Al Reverendiss. Padre e Si-
gnore, Ms. Juliano Cesarino Romano, de-
gnissimo Cardinale di Sant' Angelo, indi
fei Mesi dipoi da che fù composta, fù invia-
ta da Lui con sua Lettera pur Latina ad Al-
fonso Rè di Napoli; che allora per assedio
aveva preso quella Città.

Quest' Istoria gli fece molto credito, dice
Monsù Bayle; finche Christoforo Persona
si accorse, che altro non era, che una Tra-
duzione dal Greco di *Procopio*. Tradotta
in Lingua Italiana fù impressa con questo
Titolo: *Libro della Guerra de' Goti*; com-
posto da Ms. Leonardo Aretino in Lingua
Latina; & fatto volgare da *Lodovico Petroni*
Cavaliere Sanese; stampato la prima volta
in Siena a' 29. Maggio 1456; con una Lette-
ra d'esso Lionardo, scritta da Firenze a' 16.
Ottobre. del. 1442, al Serenissimo Alfonso
Rè, e dallo stesso Petroni Volgarizzata: no-

(d) Fulginii 1470. fol. inde Venet. 1471. fol. per Ni-
colaum Janson, & cum Beati Rhenani præfatione
Basil. 1531. fol. & cum Zosimo Basil. 1576. fol. &
cum Agathio & Iornande Lugd. apud Franciscum
Le Preux 1594. 8.

SCRIPTA ARETINI.

vamente poi ristampato in Firenze per gli Eredi di Felippo Giunti, 1526. di Settembre, Siegnante Clemente VII. Pontefice Massimo. Il Petroni dedicò poi la sua Traduzione, All' Illustrissimo Principe Co. Galeazzo Sforza, Primogenito di Francesco Sforza Duca di Milano; con sua Lettera, che precede l' Opera volgarizzata, impressa di nuovo in Venezia per Gabrielle Jolito de' Ferraro da Trino di Monferrato, nell' Anno del N. Sig. 1542; impressa già ivi il 1528. Trovansi pure un' Edizione Latina di questa Storia; con questo Titolo: *Leonardi Aretini de Bello Italico adversus Gothos.* Finisce così: *Hunc Libellum Æmilianus de Ursinis Fulgnas, & Joannes Numeister Theutonicus ejusque Socii, fæliciter impresserunt Fulginei, in Domo ejusdem Æmiliani, A. D. 1470.*

Bellum Illiricum, & Gallicum, quæ desunt
Livio.

Historiam de rebus Grecis; (e) Lugduni per Gryphium, A. 1539. Comprende il Generalato di Teramene, e di Trasibulo, presso gli Ateniesi; sine alla Morte d'Epinonda.

Un'

(e) Est compendium ἀληθινῶν librorum Xenophontis, Angelo Acciorolo equiti ab Aretino inscriptum, editumque à Ioachimo Camerario, Lipsia 1546. 8. & in Iac. Gronovii Thesauro Antiquitatt. Græcarum Tomo IV.

SCRIPTA ARETINI.

Un' Opera intitolata *l'Aquila*; composta in Latino da Mf. Lionardo Aretino; e dallo stesso traslatata in volgare Sermone, in cinque Libri divisa; Impressa in Venezia per Pellegrino de' Pasquali, 1493. a' 6. Giugno; Regnante inclito, & Serenissimo Princepe Augustino Barbadico; Ivi di nuovo per Marchio Sessa l'Ann. 1535.

Compose in Lingua Greca; *l'Istoria della Repubblica sua Fiorentina*, (f) in Compendio.

Libellum de Disputationum, Exercitationis que studiorum usu, adeoque necessitate in Litterarum genere quolibet; Basileæ 1536. per Henricum Petri.

Rethoricam quoque typis excusam.

Historiam de Gestis Romanorum, quæ fuit impressa.

De laudibus & Gestis Florentie Libellum; unde plura desumpxit Sanctus Antonius, in sua Chronica.

Historiam quamdam Amatoriam, quam Philippus Ulhardus excudit Augustæ Vindelicorum, Anno D. 1537.

Epistolarum volumen; Augustæ apud Knoblochum An. 1521. & Basileæ apud Henricum Petri, An. 1535. 8; Opus

(f) Πολιτείας Φλωρεντίανα MS. in Codice Bavario, & Upsaliæ in Bibl. publica ex dono illustris Viri Io. Gabrielis Sparrenfeldii. Citat etiam Langius glossario Graeco ex Codice Regio 3049.

SCRIPTA ARETINI

Opus insigne *Dialogorum, & de moribus.*

Vitam Aristotelis, Libro uno.

Vitam M. Tullii Ciceronis.

Commentaria in *Oeconomica Aristotelis;*
Parisiis impressa apud Ascensium.

Transtulit ex Græco Idiomate in Latinum, Tractatum Sancti Basili de Pueris instituendis.

Libellum *Xenophontis, (g) de Tyranno.*

Apologiam pro Socrate.

Platonis Gorgiam, & Phædrum, & quasdam Epistolas.

Ex Plutarcho *Vitas, Pauli Aemilii, Tiberii, & Caii Gracchorum, Pyrrhi, Sertorii, Demosthenis, Marci Antonii, Catonis Junioris:* quæ omnes sunt impressæ.

Aeschini Orationem contra Ctesiphontem, de Demosthenis Coronatione; & Demosthenis defensionem adversus eamdem; Basileæ per Cratandrum An. 1528.

Orationem, qua *Heliogabalus (h) Artem Meretriciam commendat.*

Libellum, seu Orationem *contra Hippocritas* scripsit; impressum cum Concilio Basiliensi Æneæ Sylvii. Fù poi ultimamente ristampata da un MSC. e dedicata al Sig. Antonio Magliabechi.

Tra

(g) Inscriptur *Xenophontis Hiero sive de tyrannica vita.*

(h) Vide Lambecium T. 2. p. 94a. seq.

SCRIPTA ARETINI

Tra MSS. della Biblioteca d' Oxford, trovasi un Volume di quaranta di lui Lettere, non anche impresse.

Giuseppe degli Aromatari, Medico celebre; aveva la seguente Traduzione di Leonardo Aretino; come si può vedere à carte 94. della Latina Biblioteca Veneta, di Monsig. Tomasini: *Leonardi Aretini Traductio; Actus primi primæ Comœdiæ Aristophanis.*

Fece altre Traduzioni dal Greco in Latino; e scrisse moltissime altre Opere in Lingua Græca, e Latina; che furono raccolte da *Filiberto della Mare*, Consigliero del Parlamento di Dison & Sénatore di Tolosa; che nell' Anno 1635. ne pubblicò un Catalogo, si dell' impresse, come delle MSC. che non sò se siasi fatto.

E perche nel sopradetto Catalogo, vissono moltissime di lui Opere, da pochissimi Scrittori citate, eà moltissimi Letterati ignote, come pure si scuoprano le Ambascerie, da lui sostenute à nome della sua, Repubblica, a' Principi Stranieri, e la qualità de' gran Personaggi, a' quali allora viventi, dedicara egli le sue opere, e Traduzioni; hò ereditato convenire alla gloria di questo Scrittore, e alla cognizione erudita del mio Lettere, trascrivere qui fedelmente il sopradetto Catalogo del Sig. *Filiberto della Mare*; il quale

Anni

SCRIPTA ARETINI.

Anni sono fù inviato à Firenze, all' eruditissimo Sig. Antonio Magliabecchi.

Elenchus Operum Aretini. Opera edita.

Rerum Græcarum historia; Ad Angelum Acciajolum, Equitem Florentinum; Lugduni apud Sebastianum Gryphium 1539. Annibal Cruccejus dedicat, Illustri Jacob Sacco, Equiti & Senatus Mediolani Moderatori Sapientissimo. VÀ unita à questa Istoria, quella *De rebus suo tempore in Italia gestis.*

De Bello Punico Libri duo.

Commentarius Rerum suo tempore in Italia gestarum.

Historiae Florentinae Libri XII.

Vita di Francesco Petrarca.

Isagogicon moralis disciplinæ seu Dialogus de moribus; ad Galeottum Ricasolanum. Quest' opera trovasi ancora con questo Titolo: Leonardi Aretini *Dialogus de moribus; ad Galeottum Amicum, Dialogo Parvorum moralium Aristotelis ad Eudemum Amicum suum respondens; paucis ex posterioribus à Leonardo adiectis: Leonardus, & Marcellinus Interlocutores.* Et hic Titulus est *Interpretationis decem Librorum Ethicorum Aristotelis, Leonardi Aretini; Impressæ in alma Parisiorum Academia per Henricum Stephani, An. ab Incarnatione Domini Virtutum 1513, quinta Maji; una cum*

SCRIPTA ARETINI.

cum Interpretatione eorumdem Moralium
(i) Argyrophili Bizantii, & communis, familiarique Commentario.

Explanatio in Lib. II. Oeconomicorum Aristotelis, ad Cosmum suum.

Comædia Polixenæ, Leonardii Aretini Poetæ Comici.

Oratio aduersus Hypocritas.

De studiis, ad illustrem Fœminam Baptistam de Malateftiſ.

Epistolarum Libri VIII.

Addemus ex MSS. Fratrum Puteanorum; Landini & Gabrielis Naudæi, Præfationes.

In Procopium de Bello Gothicō; Ad Julianum Cæsarinum Cardinalem St. Angeli.

In Sertorii vitam ex Plutarcho; Ad Antonium Luscum.

In M. Antonii Vitam ex Plutarcho; Ad Linum Collutium.

In orationes Aeschiniſ contra Cresiphontem; & Demosthenis pro Cresiphonte de Corona.

In Basiliī Homiliam de Disciplinis; Ad Linum Collutium.

In Xenophontis Tyrannum. Ad Nicolaum.

In Aristotelis Ethica; Ad Martinum V. Pontif. Max. Cum Præmissione quadam, ad evidentiam novæ Translationis.

In Aristotelis Politica.

In

(i) Argyropuli.

SCRIPTA ARETINI

In Aristotelis Oeconomica; Ad Cosmum Medicem.

In Joannis Boccacci (k) Fabulam de Tancredo Salernitano Principe, eiusque Filia Sigismunda; ex Italico Sermone in Latinum versam; ad Bindaeccium Recafolanum.

Opera eiusdem inedita.

De Nobilitate.

Proæmium in Orationes Homeri.

De recta Interpretatione; Ad Bertrum Genuensem.

Oratio funebris de Morte Othonis Equitis Florentini.

Oratio ad Martinum V. Pontificem, dum Legationis munere fungeretur.

Della Liberalità; al Popolo Aretino.

Novella fatta per l'opposito, di quella di Tancredi del Boccaccio.

Risposta fatta per la Signoria di Firenze, agli Ambasciadori del Re d'Aragona, in un gran Consiglio di Cittadini.

Opusculum de studiis & litteris; ad Illustrem Dominum Baptistam de Malatestis. Questo MSC. si conserva trà Codici Scritti à penna, nella Libreria de' Marchesi Riccardi; mà non è registrato nel suo Catalogo, dal Sig. Filiberto della Mare.

Oratio

(k) Apud Lambecium II. p. 934. memoratur Io. Boccacci libellus de insigni obedientia & fide uxoria ex Italico in latinum translatus à Leonardo Aretino cum præf. ad eundem Boccacium.

SCRIPTA ARETINI

Oratio Poggii in Funere Leonardi Aretini.

Questa si pone trà le sue opere non impresa dal Sig. de la Mare; ma è del Poggi, e trovasi impressa nel terzo Volume de' suoi Miscellanei, dal Sig. Baluzzi, Dottissimo Bibliotecario di Monf. Colberto, à Carte 248.

Officiorum Romanorum Nominia.

Epistolæ Leonardi Aretini, pro parte Communitatis Florentiæ; variis Dominis, & Communitatibus destinatae.

Certi soprascritti fatti, & ordinati da Mefser Lionardo d' Arezzo; cioè *in che modo si debbe scrivere per Lettera, e per Volgare;* e poi esposti.

Leonardi Aretini de Institutione; ad Hennium.

Epistolæ quamplures.

Testimonia variorum scriptorum de Leonardo Aretino; ex quibus, ut ex illius operibus, Vitam illius confarcinabo.

Commentarius de Republica Florentinorum.

Vita Aristotelis; ad Nicolaum Albergatum, Cardinalem S. Crucis.

Vita Marci Tullii Ciceronis; Questa vita trovasi impressa, in un Volume in folio di molte Vite, scritte per lo più da Plutarco; trà le quali v' è questa scritta da Lionardo Aretino.

Vita di Dante. Questo pure fù fatta stampare in Perugia, dal Dottore Giovanni Cidelli,

SCRIPTA ARETINI.

nelli, ultimamente defunto. Fu pure unita à quella del Petrarca; impressa in Firenze all' Insegna della Stella il 1672. in 12. L'una è l'altra fù estratta da un Testo à penna, del Dottissimo Francesco Redi; è con altri Testi fedelmente collazionata.

De Origine Urbis Mantuae; ad Ioannem Franciscum Gonzagam, Mantuanorum Principem.

Oratio nomine Antonini Eliogabali Romanorum Imperatoris. Questa pure, che è di Lionardo Aretino trovasi parimenti stampata.

Oratio in Maledicuum Nebulonem.

Oratio pro se ipso; ad Praefides.

Laudatio Urbis Florentinæ.

Laudatio Joannis Strozziæ, Equitis Florentini. Questa Orazione nella Morte di Nanni Strozzi; fu stampata dal Sig. Balluzzi, nel terzo Libro de' suoi Miscellanei, à carte 216.

Discorsò fatto à Niccolo da Tolentino, Capitano di Guerra del Comune di Firenze; quando ricevette il Bastone.

Difesa del Popolo di Firenze, contra certi Calumniatori della Guerra di Lucca.

Dialogi II: de Disputationis Exercitationisque studiorum usu, & necessitate in Literarum genere quolibet. Ad Petrum Istrium.

De Militiâ; ad Reginaldum Albizium E- quitem Florentinum.

Lettere

SCRIPTA ARETINI.

Lettere scritte da Lui in nome de comune di Firenze.

L'orazione adversus Hypocritas, posta da Monsù de la Mare, trà l'opere di Leonardo impresse; era stata stampata, ma scorretta assai, nel Volume intitolato *Fasciculus Rerum Expetendarum & fugiendarum*. Mà ultimamente è stata ristampata molto più corretta, du un Manoscritto del Sig. Antonio Magliabechi, con un Dialogo del Poggio dell' istessa materia; come nella Prefazione alla detta orazione nuovamente impresa si vede. Uscì prure unita al Dialogo del Poggio nella Raccolta d' Ortuin Grazio (1) in Leone nel 1679, come pure rapporta Monsù d'Urbino.

Era troppo celebre di Leonardo Aretino la Fama; e troppo sonora rimbombò sin ne' Secoli à lui posteriori; perche cento Lingue, e cento Penne, non ne facestero l'Elogio. Trà molissimi, sceglierò i seguenti; che si fecero gloria di contribuire ad un grandissimo Merito, una picciolissima Comendazione. Hanno dunque scritto di Lui in seguenti, e ben chiari Scrittori.

d 2

Pau-

(1) Poggii dialogus contra hypocrisim in Eduardi Browni fasciculo rerum expetendarum & fugiendarum Lond. 1691. fol. exstat T. 2. recusus ex edit. Lugd. 1679. Ortuini autem Gratii fasciculus, qui apud Brownium tom. primi est loco, prodierat Coloniæ 1535. fol.

SCRIPTA ARETINAE

Paulus Jovius, qui luculentum texuit Elogium, apud quem Laus Aretini præcipua est: *quod primus Græcarum Litterarum Decus, à multis seculis Barbarorum immanni Tyrannide proculcatum, erexit, atque restituit.*

Jacobus Gaddi, de Scriptoribus non Ecclesiasticis; & in Opusculo, cui Titulus *Laus Poetici*, in una longa Epistola al Sig. Filiberto della Mare.

Franciscus Philelphus, Lib. primo Conviviorum; & in Epistola ad ipsum scripta Anno 1436. At præcipue in Præfatione ad secundum Convivium, hæc habet: *Nam quis est qui nesciat, Leonardum Aretinum felici quadam, & facundissima ingenii vi, atque bonitate, Eloquentia pollere?*

Poggius secunda in Philelphum Invectiva, & prima in Laurentium Vallam.

Floridus Sabinus, in Apologia adversus Calumniatores Linguae Latinæ.

Jacobus Philippus Bergomensis, in Supplemento Chronici ad Annum Christi 1416,

Joannes Tritemius.

Leander Albertus, in Italiâ.

Lucius Joannes Scoppa, Lib. I. Capite quinto Collectaneorum.

Gherardus Joannes Vossius, de Historicis Latinis Lib. 3.

Thomas Pope Blount, in Censurâ.

Andronicus Thessalonicensis, eum verum & fide-

SCRIPTA ARETINI.

& fidelissimum Græcorum Librorum Interpretem solebat appellare.

Raphael Volaterranus in Anthropologia, pagina 639. testatur, solum Aretinum feliciter transtulisse ex Græca in Linguam Latinam; cæteros verò Paraphrastes videri.

Bucholcer.

Monsù Bayle, nel suo Dizionario Francese Istorico Critico.

Antonius Possevinus eum collocat inter Historicos primi nominis.

Franciscus Albertinus.

Ugolinus Verinus, in Illustratione Florentiæ.

Matthæus Palmerius in Libro de temporibus.

S. Antoninus Florentinus Archiepiscopus, Parte tertia Historiarum.

Æneas Silvius, Epistola 51; ubi eum vocat magnum Heruriæ splendorem; nec dicere veretur: neminem illo, post Lactantium, Ciceroni proximiorem fuisse.

Erasmus Roterodamus, in Ciceroniano, quamvis leviter arguat eius styli tenuitatem.

Joannes Baptista Ricciolus, Tomo 3. Chronologiæ Reformatæ.

Josias Simlerus, in Epitome Bibl. Gesneri, in qua Operum tum editorum tum ineditorum Leonardi Aretini, non sine aliqua confusione, nec omnimoda fidelitate transcribit Catalogum,

SCRIPTA ARETINI

Francesco Sansovini ampliò, e correffe in più Luoghi, la di lui Iстoria Universale de' suoi Tempi; da Ms. *Donato Acciajoli* in volgar Lingua tradotta; e con sue Annotazioni l'impresse in Venezia; e lo colloca trā gli Uomini Illustri nelle Lettere, nella sua universale Cronologia, negli Anni 1365.

Augustinus Florentinus, Capite 6. Vitæ ab ipso descriptæ, celeberrimi Ambrosii Camaldulensis Florentini; citans Epistolam secundam eiusdem Ambrosii, in hæc verba: *Leonardi Aretini Commentaria, ex Polybio Traductio*: & Epistolam eiusdem Ambrosii septimarii; in qua de *Socratis Apologia e Graeco traducta* ab Aretino, mentionem facit.

Eugenio Gamurini, nella Parte quarta delle Nobili Famiglie Toscane ed Umbre, nella Famiglia Strozza; e nella Famiglia della Fioraja.

Luigi Moreri, nel suo Gran Dizionario Franceſe.

Il senato della sua Repubblica, non solo lo scelse per suo Segretario; m'a l'onorò della Citadinanza di Firenze, come si vede in più Luoghi delle sue opere; e ne fà menzione il Poggio, scrivendo nella sua Orazione in funere *Leonardi Aretini*, à Carte 259. dell' Edizione dell' eruditissimo Sig. Abate Beluzzi; con le seguenti Parole:

Nam, cum primū Domicilium Leonardus Florentiae elegit, Historiamque cœpit contexere;
Civi-

SCRIPTA ARETINI.

Civitate à vobis, & certà Censu Quantitate; que etiam ad filios manaret, in Civitate donatus est.
Chè però poteva da Michele Poccianti collocarsi tra Fiorentini Illustri Scrittori, tutto che Originario da Arezzo; quando v' sià posto Carlo Marliupini pure d'Arezzo, solamente perchè Segretario della Repubblica Fiorentina; il quale appunto successe in tal' Impiego à Leonardo, come nota il Volterrano.

In un MS. dell' Iсторie della Città di Firenze, presso il Sig. Antonio Magliabechi; vi si leggono le seguenti parole: *Addi - - - di Gennajo 1443. mori Ms. Leonardo d'Arezzo, Cancelliere del Comune di Firenze; è fuggi fatto grandissimo onore; e fu coronato come Poeta, di Corona Laurea, e fece l'Orazione sopra il suo Corpo Ginnozzo Manetti; e fu sepolto in Santa Croce; e andarono al Mortorio i Collegi, e tutti gli altri Uffici Principali di Firenze.*

In fine d'un MS. dell' Iсторie Fiorentine di Leonardo Aretino, che se trova nella Libreria de' i Medici Regnanti. in S. Lorenzio di Firenze; vi si leggono le seguenti parole: *Antonius Mani filius, Florentinus Civis atque Notarius, transcriptus Florentiae ex Originali, Idibus Junii: quo quidem tempore elegantissimus harum Historiarum scriptor feliciter obiit. Nam praeter cuncta Ornamentorum genera, quibus celeberrimum ejus fuisse, à Populo Florentino, egregie præ ceteris, ac mirabiliter ornabatur, Nos ad perennem quamdam Glorie sue illustrationem, publico eiusdem Populi Nominе, à Fannoctio Manetto, & Funebris Oratione elegantissime laudatum; Et Laurea Coronatum fuisse conspeximus; atque ad Crucis Templum detulimus, lugubre, ac prorsus admirandum, & omnibus quoque seculis memorandum spectaculum.*

Fà menzione onerovolissima di Lui Antonio
Magli-

SCRIPTA ARETINI.

Magliabechi; dalle di cui Annotazioni, s'è articchita la Messa delle Lodi, di questo celebratissimo scrittore.

Scipione Ammirato, nelle sue Storie Fiorentine.

Il Giornale de' Letterati d'Italia, nel Tomo 9, articolo 3; dove nota aver veduto alcune di Lui Poesie Volgari assai ordinarie.

Luigi Elià du Pin, nella sua nuova Biblioteca degli autori Ecclesiastici, nel Tomo 12. p. 95.

Alexander Natalis, Parte I. Cap. IV. Secul. XV. ubi de scriptoribus Ecclesiasticis.

Nicolò Alamanni; tutto che inclini, à non credeilo Autore dell'*Istoria della Guerra de' Goti*: esfendo anzi di parere, che *Cristoforo Persona* Uomo versatissimo nella Lingua Greca, traducesse da questa nella Latina, l'Istoria di *Procopio*, e quella del di lui Continuatore *Agatia*; per levar la maschera al Plagio commesso da Leonardo, che si attribuisce la Storia Gotica di Procopio, e di Agatia, supprimendone nel translatarle in Latino i veri autori: ciò che pure osservò *Paulo Giovio* nell'Elogio fatto allo stesso Aretino.


Monsù Varillas, nella Storia segreta della Casa Medici, lo Sà Precettore di Lorenzo de' Medici il Grande.

Monsù de la Mare, dottissimo Consigliere nel Parlamento di Borgogna; trasse dalle celebri Librerie de' Rè di Francia, e della Casa di Toscana; le Opere MSS. di Leonardo; e raggrunolte tutte in un Corpo.

Joannes Dominicus Musantius, in sua Face Chronologicâ.

Antonius Possevinus; qui suprà in Bibliothecâ Selecta Lib. 12. Cap. 14; *Laboravit*, inquit, in Libris Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, ver tendis feliciter, *Leonardus Aretinus*.

LEONAR-



LEONARDI ARETINI EPISTOLARVM *LIBER PRIMVS.*

I.

Leonardus Aretinus Colluctio S.

Quid apud Pontificem () egerit feceritque.*

ROmam veni ad 8. Calend. Aprilis, moxque ut primum licuit Pontificem adiens, salutandique causa, & mei ipsius exhibendi, ab eo perbenigne quidem ac perhumaniter receptus sum. Quanquam primo statim congressu ubi me aspexit, nullo adhuc verbo a me facto, conversus adeos qui proxime adstabant, iunior hic, inquit, est longe quam putaram. Hæc prima vox illius a me audita est. Post hæc ego consueta veneratione eum affatus cum essem, ipseque pauca respondisset, re-

A

sumpsic

(*) Innocentium VII. A. 1405.

2 EPIST. ARETINI

sumpsit ea ipsa quæ primo aspectu edixerat. Tota nam verborum eius ista fuit effectio, cuius me gratia evocasset, (**) magnum pondus, magnamque dignitatem inesse, nec litteras modo verum etiam annos flagitare. Nam adolescentem ei muneri præesse vix satis habere dignitas. In te autem, inquit, cætera me omnia invitant, ætas dehortatur: sed hæc alias considerare licebit. Ita tunc ab illo dismissus sum. Plenum erat auditorium cum hæc a Pontifice dicebantur, diffususque rumor est, quasi ob ætatem impedirer dignitatem nancisci. Quæ vox in spem multos erexit, & in primis Iacobum Angelum, familiarem tuum, qui verbum ea de re prius fecerat nunquam, is nunc acerime petit. Incendunt, ut audio, illum fautores quidam, perturpe sibi affirmantes, si eius qui quadriennio iam toto in Curia fuerit, nulla ratione habita, ego absens ac solo nomine cognitus accersor, præsertim cum ea sit ætate, ut plus quam maturus huic muneri videri possit. Hac ille indignatio ne percitus & in spem elatus, cursitat nunc cum fautoribus suis, multosque ad Pontificem hortatores submittit, & quod super omnia molestissimum est, comparationes odio-

(**) ut à secretis apud Pontificem esset.

odiose ab illis inducuntur. Itaque video fortuna quadam mea fieri, ut cum quo dum æmulo studiis literarum Florentiæ contendi, cum eodem mihi nunc Romæ sit de honore dignitateque certandum. Sed meum quidem factum legitimum est, sine cuiusquam obtrectatione, illius autem, conatum non ambigo tibi improbum injustumque videri, totumque ex liuore transversaque invidia proficisci. Nam si locum hunc concipiuit, cur non ante adventum meum petierat? Si non concipiuit, cur nunc tandem cupit? Difficultatem videlicet meam sibi facultatem vult, pendentemque me, cui opem ferre oportuit, crudeli, inhumanoque impetu ad ruinam impellere. Ego certe, quamquam menovitas ipsa loci & inconsuetudo hominum, multaque simulalia in hac re perturbant, tamen non deero ipsa mihi, conaborque & annitar, ut quamquam ætate me superet, cæteris tamen rebus ipse a me superetur. Vale, Romæ 3. Non. Aprilis.

II.

Leonardus Colluctio S.

Quomodo asscutus sit quod à Pontifice petierat.

SCripsi antea tibi de contentionibus in quas huc profectus, præter spem, vo-

4 · · · EPIS T. ARETINI

luntatemque incideram. Postea hæc se-
cuta sunt: Pontifex ob eam quam tunc
scripsi causam ambiguus, differendo ac
procrastinando, neque reiicere plane me,
neque recipere videbatur. Fautores ad-
versarii competitorisque mei multa con-
tinuò illi suggestentes insurrexionesque ac
moleste nos invicem comparantes, incer-
tiorem indies Pontificem reddiderant.
Tandem vero contentiones & lites, & ad-
versariorum iactantiae, comparationesque
illæ molestissimæ eum finem habuere, ut
non modo non graviter ferendum, sed
optandum etiam fuerit. Nam cum fer-
veret maxime id certamen, ac summa iam
sæpe adversarii tenerentur, literæ ad Pon-
tificem ex Gallia venerunt à duce Bituri-
génium. Res qua de agebatur gravissi-
ma erat & maxima, ipsarumque literarum
longa & elaborata series, ad has cum re-
spondere Pontifex accuratius vellet, ex
Cardinalium sententia mihi, competitori-
que meo negotium mandavit, quasi in hoc
ipso utriusque nostrum iudicium factu-
rus, mihi occasionem præstitam cum illo,
ut optabam, in comparationem veniendi,
rescripsi uti præceptum fuerat, biduoque
post constituto tempore meæ illiusque
literæ Pontifici, patribusque récitatæ sunt.
Quibus lectis quantum interesse visum sit
nescio,

LIBER I.

nescio, illud tantum scio, fautores illius, qui tam arrogantur illum mihi præferabant, aperte iam confiteri se falsa nimium opinione ductos erravisse, Pontifex certe ipse mihi statim gratulatus, reieeto illo, me ad officium dignitatemque recepit. Hec tibi rescribere festinavi, ut si quando forte superioribus ex literis molestiam suscepisti, eam nunc tandem tota re cognita omnino deponas. Vale.

III.

Leonardus Colluctio S.

*Quid illi ex commendatiis amici literis
accederit.*

ET si sciam quæ tu muper de me ad Pont. Max. scripsisti, ea omnia vera non esse, tamen, fatebor enim ingenuæ, cupiditatem animi mei, gratissima mihi illa quidem & acceptissima fuere. Tanci enim facio iudicium tuum, ut vel unius epistole testimonio universos obtrectatorum impetus, quibus nescio quo meo fato, ubicunque sim carere non possum, facile me fracturum esse confidam. Nam tu sic omnia in meam laudem complexus es, ut nullus iam malivolis ad me carpendum reliquatur locus, nisi plane iudicio tuo voluerint contradicere. Quaquam
nescio

neſcio, mi iucundissime Collucti, mihi ne
tuis amplissimis atque ornatissimis verbis
laudato, an tibi qui illa scripsisti plus lau-
dis ex illa tua epiftola provenerit. Nam
laudes quidem meas ex testimonio tuo
homines crediderunt, tuas autem suis, ut
ita dicam, oculis intuiti sunt. Lecta eft
enim epiftola tua Pontifici, cum multi he-
nennifimi viri vtriusque ordinis adeffent,
& nonnulli Romani etiam Cardinales,
quam cum attendiffime & summo cum
ſilentio totam audiffent, omnes tandem
uno ore ad te laudandum extollendum
que converſi funt. Te doctiflimum, te
eloquentiflimum, te virorum optimum
prædicabant. Movebat eos, ut mihi vi-
debatur, grauitas atque ornatus orationis
tuæ, ſed ſuper omnia movebat illa ingens
atque incredibilis charitas, quam te habe-
re erga me per facile tuis in literis appare-
bat: quæ quoniam ex vero animo ac sim-
plici quadam bonitate proficiſci videban-
tur, mirum in modum universis place-
bat. Itaque aſpiciebant me omnes, quaſi
te ipsum cernerent, & ſtudia illa atque
exercitationes noſtras, in quibus tu ceu-
ferro ferrum acuiſſe nos dicebas, mente
volutabant, applaudefabantque amicitiaz,
& familiaritati noſtræ, nec poterant me
non aliiquid eſſe putare, quem tu tanto

studio

studio laudare non dubitaras. Ex tuis ergo literis effectum video, ut si qua existimatio erat iam de moribus, ingenioque meis apud homines constituta, ea non solum confirmata sit, verum etiam accumulata. Quod si unicum beneficium abs te accepissem, agerem nunc tibi gratias multis verbis, sed sunt tot & tam ampla quæ in me contulisti, ut si verbis satisfacere velim stultissimus sim existimandus, itaque non agam tibi gratias, sed semper habeo, referam vero libenti animo, si quando facultas dabitur. Literas autem tuas, quarum exempla ad me misisti, reddendas esse non censui, non enim faciendum mihi visum est, ut simultas iam sopita & obli- vioni tradita iam refricaretur. Nam si malo animo in me est, satis in eo punitur, quod de me quotidie audit, & videt multa quæ ipse nollet. Illud etiam quod in principio scripsisti, eum ante omnes fuisse postulatum, profecto caret veritate. Nunquam enim hoc ego exploratissimum habeo quod postulatus aut petitus, aut requisitus fuit, nisi forte postulationem vocat quorundam amicorum suorum exhortationes, ut eum locum petere vellet. Qui tamen quantum errarint, pa- lo post declaratum est, cum ipse per se ac per amicos petens, nihil omnino

præter repulsam obtinere potuerit.
Vale.

IV.

Leonardus Colluctio S.

*Certiorem reddit quomodo bellum Romani
cives cum Pontifice gessorint.*

AD literas tuas accuratius respondebo, cum plus ocii nactus ero, nunc ista vulgaria transigam. Primum video quid moneas, & sequar consilium tuum, nec quicquam prætermittam. Pro religiosis vero illis, qui se in Galliam transferre cupiunt, dabo operam, ut quam cito ad te diplomata perferantur. De situ urbis Romæ, si turbationes permiserint cito ut spero te compotem reddam. Salvum venisse Bonifacium nostrum mihi gratissimum est. De salute autem curabo diligenter, ut ita fiat quemadmodum fieri postulas. Nos sumus hic continenter in armis, atque eò fit, ut minus operæ adhibere literis queam. Tanta est enim Romani populi inconstantia ac perversitas, nullus ut quieti relinquatur locus. Henri ante lucem egressi urbe Romani cum quibusdam auxiliariibus regis pontem Militum occupare tentarunt. Tuttim super eo ponte nostri custodiunt, ne quis invito Pontifice transire possit: vehementer

LIBER I.

ter ibi aliquid horis pugnatum est. Tandem nostris laborantibus, subsidio missi equites, Romanos in fugam vertere, paucis imperfectis, frequentibus vulneratis. Illi in urbem reversi, solita temeritate in Capitolio consistunt, multitudinem convocant: Festus erat dies, plebs ociosa, & vino calens concursat: Sumunt raptim arma, vexilla promuntur ad oppugnandas Pontificis ædes, ire pergunt nostri contra parare tela, cohortarum sistere, expectare forti animo populi impetum ante molem Adriam, quæ male pacata nobis est, vallum iacere, nox denique certamen diremit. Ea nocte vigiliæ per totam urbem factæ. Nescio quam finem res sit habitura, tu gaudie, & si quid de ipsis habes, me certiorum face. Ex urbe 2. Non. August. quadragesimo quinto supra mille.

V.

Leonardus Colluctio S.

Quomodo Pontifex civibus quibusdam Romanis occisis, ab urbe pulsus fit, vix quo effugerit.

Superioribus diebus ad te scripsi, quis esset gradus rerum nostrarum. Deinde haec secuta fuit, ad 8. Idus Augusti Romanum quidam cives ad Pontificem vene-

A s re,

re, gratia, ut aiebant, discordiarum componendarum. Hi post multa in auditorio agitata cum re infecta domum redirent, paulo supra molem Adriam invadunt, capti ex iis undecim, nam cæteri in ipso impetu dilapsi evaserunt. Ad Ludovicum Pontificis nepotem, cuius iussu capti fuerunt, adducuntur, ibi cum multa exprobrarentur eis de perfidia in Pontificem, de oppugnatione pontis Militii recentissime tentata, de occultis insidiis, de corruptela regis: illique respondentे, pleraque a se recte facta responderent, exarsit ira iuvenis, ac retundere ora gladio coepit. Denique omnes undecim trucidati sunt, ac post cædem a fenestrīs ædium præcipites dati. Inter hos duo fuerunt ex septem viris, quos ad gubernandam rem publ. populus Romanus creaverat. Cæteri autem novem ex primariis civibus, & quod dolendum est, nonnulli ex iis qui has molestias inferre nobis permaleste ferabant. Huiusc autem rei cum celeriter fama per urbem vulgata esset, itur confitim ad arma, complevit omnes aditus clarmoribus & vociferationibus omnia resonant. Ego paulo ante, fiducia eorum ci-vium, qui ad Pontificem venerant, flumen transgressus in urbem ieram. Itaque mox auditio tumultu recipere me ad no-

nostros propere, catena igitur usq[ue] dimensus cum ad pontem Adriam pervenisse, armorum ingentem catervam, qui aditum occuparent, offendit. Stabat ferri acies mucrone corusco stricta parata neci: quod ego simul ac aspexi, averso celeriter equo in proximum angiportum defilio, ap[er]ta militata veste, pedes me turbæ admiscens, stationes armatorum incognitus pertransio, vix me digresso, minister quem cum equis reliqueram, ab armatis oppressus est, & equi, vestesque abducti: mihi vero postquam ad nostros perveni, primum spectaculum fuit cæsorum aceryus. Iacebant enim media in via sanguine foedati, & magnis confosili vulneribus. Steti horrens, lustravique omnes oculis, quosdam etiam ex iis mihi notos recognovi. Inde ad ædes Pontificis ire petigo, ille miro dolore angebatur. Res enim tota co[n]fusio transfacta fuerat, vir pacificus & mitis, à cuius bonitate nihil est quod magis abhorreat quam cædes & humani sanguinis effusio, moestus sese, ac fortunam deplorabat suam, oculos interdum ad cœlum tollens, quasi deum invocaret testem suæ erga populum Romanum innocentia. Pontifex igitur circa hæc intentus, nec quid ageret, nec ubi consistaret præ nimio dolore sciébat, cir-

cum-

cumstantiae autem variae erant sententiae.
Alli confessim abeundum censebant, nec
imperium populi Romani tam insigniter
lesi, irritatique expectandum esse: insu-
per haud procul ab urbe regias copias,
quas pro Romanis stare haud ambiguum
erat. Alii nullo modo abeundum, sed
obsidionem tolerandam, auxillaque ex
amicis accepseranda censebant. Erant
etiam, qui postera vel altera die abeun-
dum putarent, ut simul colligendarum re-
rum spaciuni esset, simul ut non fuga, sed
emigratio illa videretur. Duo erant adi-
tus, quibus ex urbe Roma ad nos perva-
xi potuisse, unus per pontem cui moles
Adriani super imposita est, alter per trans-
Tiberim & Ianiculum collem. Ad mo-
lem Adriani, quoniam de fide eius qui ar-
cem tenebat dubitabatur, stationes no-
strorum militum opposite fuerant, vallo-
que & sigere in modum castrorum mo-
nitæ. Ad Ianiculum mœnia erant, non
multis in locis vetustate collapsa, hæc quo-
que loca armatis complebantur, resitti
sine dubio poterat contra omnem popu-
litum: verum quia cibaria paucorum
admodum dierum aderant, & regis tur-
mæ nobis infestæ adventus huncisabantur,
victorium sententia, qui suadebant, e ve-
regio abeundum. Igitur circinas colli-
gere,

gere, & impedimenta componere nostri contendunt: Quod pro angustia temporis factum est, primum turma equitum una, deinceps impedimenta, peditesque proficiuntur, post hos Pontifex cum omni curialium turba, extremum fuit equitum agmen, qui aliquo intervallo sequuti, vim si qua immineret, à tergo repellerent. Supererant quatuor diei horæ cum urbe egressi sumus, profecti non sine magno timore, circiter secundam noctis horam ad vicum Cesianum duodecim milibus passuum ab urbe pervenimus. Ibi per eam noctem commorati, postridie prima luce castra moyimus, & circiter sextam diei horam Sutrium pervenimus. Sutri- ni omni multitudine extra portas diffusa Pontificem alacri vultu receperunt. In hac urbe quod reliquum erat diei ac se- cutam noctem commorati, postero dio Viterbum contendimus. Res quidem ita gesta est, nos ut spero aliquot menses Viterbi manebimus. Hæc tibi scripsi le- viter febricitans. Marcus familiaris tuus salvus est, una enim nobiscum ex urbe aufugit, quantum ad eum spectat dabi- mus operam, ut quemadmodum fieri mandaisti, ita fiat, Vale, è Viterbio.

VI.

Leonardus Colluctio S.

Quæ ratio imponendorum nominum fuerit.

Questi ex me an Hectoris nomen aliud significet quam Priami filium, & quid Misenus, Eolusque designent, qui buse literis scribi debeant. De quibus ego vix quicquam certi respondere possum, cum libros hic habeam nullos, sed quantum memoria tenere videor, Hector idem significat quod defensor seu tutor. Sic est enim apud Platonem in eo libro, qui inscribitur de nomine, docet ibi Plato, hæc heroum nomina non esse vera, sed pleraque eorum à poëtis conficta, ut Hectorem quidem appellatum dicit, quia urbem tenuerit tutatusque sit. Astyanacta vero, quia cum Hectoris filius esset, ad eum spectabat imperium urbis, Asty enim Græce urbs est, anax imperator, inde Astyanacta dictus à viris, nam mulieres, ut inquit Plato, Scamandrum appellabant. Remotæ enim civilibus officiis non dignitatis nomine vocaverant Hectoris filium, sed proprio. Agameron non dictum, quia tolerantiam habuit in bello, aga quidem nimium est mennon autem tolerans.

Adra-

Adraustum quia rem non confecit, privatio est tam apud Græcos quam apud nos, ἀράω autem facio, unde Adrasti nomen est tractum. Id etiam magis in Hyppoliti nomine apparet. Cum enim hyppos equus sit, lio autem discerpo, & ab iis nomen ipsum Hyppoliti manifestissime conficiatur, quis non intelligat id quidem ab eventu fabula inditum fuisse. Multo præterea docet Plato in eō libro, per quæ non solum res finxisse poëtas ostendit, sed etiam nomina pleraque affinxisse. De Eolo autem & Miseno nihil habeo quod referre possim, ex aliorum auctoritate, Misenus tamen significare potest odiosum, Eolus autem vietum & putridum. Hæc tibi dicere possim, in quibus si tibi satis facio bene est, si non satisfacio incommunitatem librorum accusa. Vale.

VII.

Leonardus Colluctio S.

Quo confilio Homerus nomina rebus personisque tribuerit.

NON satis conspicuum tibi factum nais, quod superioribus ad te literis de Hectore prescripsi, petisque & unde id nomen dictum sit, & quomodo apertius explicari, & simul admirari videris si id pri-

primævum non sit, sed postea ab eventu quodam illi viro tributum, ut apud nos, Torquati Cincinnati & Aphricani. Ego autem exiliter porro iejuneque rescripsisse non inficians eo. Sed accidit hoc pudore quodam, quod ad te hominem ea ætate autoritateque hisce de rebus scribens, quas tibi notiores puto quam mihi, veritus sum ne obtunderem aures, ineptusque fierem, si prolixius in iis ostendendis fuerim commoratus. Itaque velut admonuisse, & tanquam digito monstrasse contentus, non ultra explicui: Sed quoniam illud tibi placere intelligo, parabo euidem voluntati tuæ, & quod tunc properatio abstulit, nunc mora resartiet. Primum igitur, de Hectore non dubito, quod sit non proprium nomen, sed à poëta factum, ut etiam neque de Astyanacta, neque de Hippolito, dubitari potest, nam & Astyanactis aliud nomen ab ipso Poëta djudicimus Scamandrum, & Hypoliti quem fabula tradit turbatis distractum equis, nomen hoc ipsum ita designat, ut plusquam manifestissimum sit ab eventu fabulæ fuisse impositum. Nec ulla sane admiratio, vel tibi vel aliis esse debet, si à Poëtis fingantur nomina, cum res ipsas fingere illis permittamus, quas constat esse minus in potestate nostra secundum naturam,

turam, quam nōmīnum ipsorum imposi-
tiones, p̄fserit cum iusta sit quædam ra-
tio nūncupandi, ut est in ipsis quæ su-
pra membravitius. Hectoris enim fili-
um quæ spe successionis quasi designatus
quidam hominum opinione rex habebā-
tur Astyrahax à Poëta dictus est, adeoque
fictum nōmen prævaluit vero, ut Se-
mandrūs quis fuerat nemo sciat, Asty-
nacta vero omnes agnoscant. Hyppoliti
quoque non dubito, si modo quisquam
is fuit qui Thesēi filius ab equis distra-
ctus fertur, aliud nōmen fuisse, quod po-
stea ab hoc ficto & aduenticio obseura-
tum dēperit, ut iam n̄i Hyppolitum nō
mo intelligat. Eadem ratio de Hectore
est, quod & ipsum à Poëta fictum apparet,
ductum autem ab eo quod urbem tenuer-
it, quod quia non satis clārum tibi vī-
detur videri scribis, conandum est luep-
dius aperire. Tale enim aliquid intelli-
gi volo quale est apud Virgilium illud, in
summo custos Tarpeie Mallius artis sta-
bat pro templo & capitulo celsa tenetac,
tēnere enim hoc in loco tueri est & de-
fendere. Ab hac itaque significatio ne
tractus est Hector. Nam Ἡξω Græce re-
nēb̄ est, inde Hector verbale nōmen ex
illo tributum, quod is solus patriam te-
nuerit contra Græcorum impetum, pates-

re iam arbitror quid ipse intelligam, nil tamen vetat explicari enodatius, à poëta tamen ipso si quis quærat in hunc modum.: Dic mihi Homere tu apparatus Græcorum tantos facis, ut mare quidem classibus, terra autem incredibili armatorum multitudine compleatur: Conveniunt reges cuncti & proceres ob Troiam oppugnandam, obsident illam atque circumstant. Quis ergo adversus tantam vim tenere urbem poterat? In hunc modum si quis roget respondebit Poëta, filius erat quidam Priami regis maximus natu, is dux & imperator incredibili virtute contra tantam Græcorum manum Troiam tenebat, atque eam ob rem eum hæc in poëmate describerem, hunc ipsum admirabilem præstantemque virum à tenendo Hectorem nuncupavi, nomenque ab re fingendo pertraxi. Quoties ergo Hectore scribo, totiens de eo qui urbem tenebat sentio: Nec multum admidum interest Hector dicatur, an is qui urbem tenebat. Hæc igitur si Poëta dicat, liquidissimum erit quod requiris. At enim, inquieres, non solus Hector tenebat Troiam contra tantos hostium conatus, quo pacto enim id posset? Sed & alii cum eo perplurimi Troës, & Licii & Dardani pugnaces. Imò solus si Home-ro

ro credis: Quodam enim loco sui carminis, cum Hectoris mentionem fecisset, quasi rationem huius afferret; ita subiunxit: *Solus enim hic servabat urbem, & mœnia longi ambitus.* Et alio loco inquit: Solo stabat Hectore Troia. Nec tam in hoc ipso mentitum putes Homerum, quia solum dixerit. Nam imperator in exercitu, ut Aristoteli placet, mentis atque animi instar habet, milites vero quasi membra quedam ipsius & instrumenta sunt, ut igitur neque pes, neque manus, neque dolabra facere opus dicuntur, sed artifex cuius iussu illa mouentur, ita in bello non militum neque exercitus, sed ducis imperatorisque opera sunt. Imperator vero erat Hector. Non ergo superlatione neque iactantia Homerus de Hectore locutus est, quod solum hunc dixerit Troiam servasse, sed philosophia plenus divina quadam intelligentie vi ex areano veritatis ista deprompsit, laudes iure militari ac res bello gestas imperatori, & duci, hoc est, rationi & providentiae totas adscribens. Vale,

VIII.

Leonardus Nicolao S.

Platonem suis dotibus. prædicat, & quan-
nam ratione transtulerit ejus via-
per liberos. i. dicit olo3:

ET si ego, mi Nicolae, prius quoque ve-
 hementer amabam Platonem tuum,
 sic enim placet mihi appellare illam, pro
 quo tu adversus indoctorum turbam
 omni tempore pugnasti, tamen ex quo
 hunc dialogum eius latinum facere ince-
 pi, tantus mihi benevolentiae cumulus ac-
 ceffit, & nunc amare ipsum videar, prius
 autem solummodo dilexisse. Cavè enim
 omnino existimes quicquam reperiri pos-
 se quod aut sapientius scriptum sit, aut fa-
 cundius. Quod quidem ego nunc ma-
 gis quam antea intelligo cum ob conver-
 tendi diligentiam singula eius viri dicta
 undique conteram, atque olfaciam necef-
 fe est. Maximas igitur Colluctio patri
 præceptoris meo gratias ago, qui influngen-
 do hoc munere tantum mihi beneficium
 attulit, prius enim Platonem duntaxat vi-
 deram, nunc vero etiam, ut mihi videor,
 cognovi. Cuius ego libros, si quando
 absolvero, & Latinos quemadmodum cu-
 pimus effecero: tu mi Nicolae quicquam
 adhuc legisti quod non præ illius viri ma-
 iesta-

iestate contemnes? Est in illo plurima urbanitas, summaque disputandi ratio ac subtilitas uberrimæ divinæque summa, mirifica disputantium iucunditate, & incredibili dicendi copia referuntur. In oratione vero summa facilitas & multa atque admiranda, ut Græci dicunt, χάρις nihil enim est insudationis, nihil violenti: Omnia sic dicta sunt quasi ab homine qui verba atque eorum leges habeat in potestate ipsa, optima ac ditissima natura omnia animi conceptus summa cum facultate venustateque exprimente. Eiusmodi quidem apud Græcos & Plato, quem ego nisi apud Latinos quoque talem ostendero, aperte sciant illum meo vitio detriorem factum, nec se Platonem legere possent, sed meas ineptias. Verum ego laboraturum quidem me ne id contingat polliceor præstaturum. Non enim auderem talia de meipso polliceri. Illud certe tibi nisi fallor præstaboo, ut Platonem tuum sine molestia legas, addo etiam ut cum summa voluptate legas, quod ut puto neque à Caludio neque ab altero qui bene atque graviter nomen suum suppressit, adhuc tibi præstatum est. Sed illi forsan alia via ingressi sunt. Ego autem alia, illi enim à Platone discedentes syllabas atque tropos secuti sunt. Ego

B 3 autem

autem Platonī adhæreo, quoniam ipse mihi effinxi, & quidem Latine sonantes, ut iudicare possit, testemque eum adhibeo traductioni suæ, atque ita traduco ut illi maxime placere intelligo. Primo igitur sententias omnes ita conservo, ut ne vel minimum quidem ab illis discedam. Deinde si verbum verbo sine ulla absurditate reddi potest, libentissime omnium id ago. Sin autem non potest non equidem usque adeo timidus sum, ut putem me in crimen læsæ maiestatis incidere, si servata sententia, paulisper à verbis recedo, ut declinem absurditatem, hoc enim ipse Plato præfens me facere iubet, qui cum elegantissimi oris apud Græcos sit, non vult certe apud Latinos ineptus videri. His ego fretus, nisi quod tibi pollicitus sum effecero, non recuso equidem quo minus in pristinum cedar. Sed hæc sat. Orationem in qua laudes Florentinorum congeSSI, Laudatio Florentinæ urbis, inscribi placet, eamque ut Collutius videat curabis. Vale, ex villa Lenramchi, nonas SeptembriS.

IX.

Leonardus Panagati S.

Gratulatur amico ex captivitate liberato.

Nescio quibus verbis aut qua oratione pui queam ad hanc immensam animi leti-

lætitiam voluptatemque exprimendam.
 Tanta est enim magnitudo gaudii, ut
 omnia verba leviora frigidioraque videan-
 tur. Redditus est mihi frater, amicus,
 comes, familiaris, socius studiorum pari-
 ter ac voluntatum, atque inde redditus
 est, unde redditionem eius iam planissi-
 me desperaram, à durissimo carcere, à tru-
 culentissima bestia, à manibus immanis
 tyranni, qui nocentum & innocentum
 cædibus pariter inhiabat. Mihi redditus
 est ab hoc tam incredibili tanquam sæuo
 portento meus dulcissimus ac suavissimus
 Panagates sospes incolumisque evasit.
 Abiit mœror, cessavit afflictio, recessit
 animi assidua ægritudo. Neque enim
 mihi poterat esse quicquam dulce, dum
 his amicus, quem ego plusquam dimi-
 dium animi mei semper putaui, in
 squalore & carcere iniustissime tenebatur.
 Ha quos ego dolores, quas erumnas pex-
 pessus sum? Quotiens deos atque astra
 crudelia appellaui? quotiens iustitiam dei
 iniustitiam dei appellavi, quæ talia suffer-
 ret. Sed ut, inquit ille, lento quidem
 gradu, iam enim non solum ex liberatio-
 ne tua lætitiam capio, verum etiam ex
 ruina huius nouissimi phalaris, quæ mihi
 in immensum accumulat gaudia. Sed
 huc satis. Nunc vero, mi duleissime ac

suavissime Panagates, sic enim te magis appellare iuuat, nam tantidem signat & minus habet asperitatis, ut unquam antea te amavi ita etiam nunc amo, & ut de tua iniustissima captivitate summum dolorem accepi, ita de tua iustissima liberatione summam capio voluptatem. Et quoniam in hoc loco positus sum, perscrutare quicquam curia habet Romana, si quid est quod usui tibi existimes, mihi notum face. Ego quitquam mea opera, studio, diligentia efficere possum, in tua potestate esse totum profiteor, Vale, Kalendas Apriles.

X.

Leonardus Nicolao S.

*De reditu pontificis in urbem; & quod
amicus alienatus sit à se sine cau-
sa, dolet.*

Pergrata mihi fuit diligentia tua, quod libros ad me festine induitos misisti, sive ille Cerberus, sive Rhadamanthus ornarit, bellissime habent: Id tamen admiratus sum, quod sine tuis literis venere. Pontifex cum universa curia paulo post recessurus est ad urbem. Ego iam pri dem te vocassem, cognito desiderio tuo videndi Romam. Iter enim hoc medium con-

confessus nobis comitibus atque sociis,
quod certe voluptati, ut opinor, tibi
fuisse: verum ita producta res est, usque
in hunc diem, ut in ambiguo fuit, verbis-
ne duntaxat, an re vera iter esset futurum.
Profecto contra atque fieri solet in hac
deliberatione nostra evenit, non enim ma-
ior pars meliorem vicit, sed melior eadem-
que maior à minore peioreque superata
est. Ingemiscente enim curia Viterbio
abimus, paucorum cupiditate, ambitione-
que compulsi, & Romam vadimus, ad ho-
mines præterquam magnifice quondam à
nobis offensos, ingenioque ac natura ad
res novas proclives. Nec omnino pacata
est urbs, nam inter mœnia ipsa molem
Adriam hostis habet, qua de re non bene
à prudentibus viris video augurari. Nos
utcunque tandem res sunt bono animo
erimus. De Colluctio autem nostro, quo
me vertam, nescio: scripsit enim nuper
ad Pontificem commendationem de me
amplam sane & luculentam. Ego statim
perhumaniter ac verecunde illi per meas
literas de hoc ipso multis verbis gratias
egi, nec tamen prætermisi superiora eius
beneficia, nihil denique affuit quo minus
illi in benivolentia insigni etiam cum gra-
titudine responderem. At ipse, quasi ve-
raretur ne homines ex illa commendatio-

ne sua pluris me facerent quam sat esset, secundis continuo literis mirabilem palinodiam cecinit. Nam cum ad eum quasi ad parentem questus essem, quod febriens nec vina, nec medicos, nec aliud quicquam ægrotantibus aptum, in hac urbe reperisse, abrepta hinc occasione, quasi ipse Zeno aut Diogenes esset, me ut insatum lacerare cœpit, quod videlicet afficerer erga corporis voluptates, utinam hæ voluptates inimicis proveniant meis, ut quotidiana febri æstuantes vina & medicos requirant. Quam humanius erat mecum pro nostra amicitia ipsum quoque quod iis caruerim doluisse? Sed omittam, ego enim ad eum rescribens, cum plane stomacharer, ad hoc ipsum respondere nolui, veritus ne si respondere cœpisssem, impetus me ultra quam vellem corriperet. Itaque eam transgressus partem, alia quedam levia, quæ inepte quidem eius epistola continebat, non absque aculeis quibusdam infectatus sum & hoc ipsum fecisse me poenitet: nam tolerare honestius fuit quacunque mente id agat, præsertim cum parentis cum loco habuerim hactenus & habiturus perpetuo sim. Vale, s. Idus Marcii, 1406. Viterbio.

XI.

Leonardus Nicolao S.

*Reintegrari bellum cum Romanis crivibus
post Pontificis in urbem redditum.*

INvitus equidem, quod tibi iam ante
scripsi, Romam redieram, magis tamen
invitus abscedo. Iuvabat enim quæcum-
que esset rerum conditio, una cum cæte-
ris eandem fortunam subire. At immi-
nentibus hostium copiis, & crescente in-
dies metu, Pontifex me auxiliorum con-
vocandorum causa in Picenum & Galli-
cum agrum dimittit. Quo iure cum cæ-
tera sint molesta, illud tamen me iuuat,
quod te videre ante redditum spero. Vale,
Romæ 8. Idus Aprilis.

XII.

Leonardus Nicolao S.

*Dolet propter amicum vita defun-
ctum.*

Herū cum Arumnio, profosciens Ce-
senam versus, contenderem, nuncia-
tus est mihi obitus Colluctii nostri, opti-
mi viri ac sapientissimi. Quo ego audi-
to, ita memet concidi, ut post longum,
spacium vix me recipere voluerim. O
me infelicem, qui fali parente orbatus
sim,

sim, atqui ego cum Pontifex me in hanc legationem dimitteret, quanquam iter erat molestum, tamē ea de causa id munus suscepi, quod sperabam, idque cum eo pepigeram, me cōfecto negocio, Florentiam venturum, & aliquot dies voluptatis causa apud vos moraturū. Nunc ut video non ad voluptatem, sed ad luctum venturus sum. Nam quomodo siccis oculis plateam illam, quomodo publicas ædes & templa Florentiae urbis poterо intueri, in quibus cum illo præstantissimo viro sum diutissime conversatus, quomodo te ac cæteros familiares aspicere, quos non immerito lugere coniecto. Sed finem scribendi faciam, impedior enim lachrymis. Volo autem, ut me Bonifacio ac cæteris filiis, atque Ioanni Nepoti totum offeras. Cum enim pater illorum mihi pro parente fuerit, decens est, ut filios ipsos pro fratre colam. Vale,
4. Idus Maii 1406. ex Mutiliana,

XIII.

Leonardus Antonio Grammatico S.

Fastidio, verbum quid apud autores significet.

Rem supervacuam postulare videris, & actum, quod est contra proverbium

verbium, agere. Nam ut in tanto conventu hominum, tantaque, celebritate ex mandato Pontificis sententia dicta sit, nihil omnino relictum puto, de quo quisquam super ea re iure possit ambigere. Quamquam & antequam iudicaretur, eiusmodi erat hæc vestra disceptatio, ut nulli qui modo aliqua legisset non ridenda illa quæstio videretur. Etenim quis nisi omnino rudis, & ab omni doctrina penitus alienus dubitandum putaret, quid de significacione aut de natura alicuius verbi tenendum sit, quod videat apud excellestissimos latine linguae autores, quemadmodum significet frequentissime declaratum. Omnes qui in arte Grammatica unquam scripserunt, quotiens de significacione verbi vel constructione dubitatum est, ad virorum doctissimorum scripta confugiunt, arque ex illorum usu quopacto nobis utendum sit, firmissime tradunt. Quid enim Priscianus Cæsariensis in libris suis aliud docet, quam quemadmodum eruditii homines latinis verbis usi? Hoc eiusmodi est. Sic enim Cicero in Protagora, sic Plautus in Afania, sic Lucanus in Sexto. Nonne cum ex istorum aut cæterorum autoritatibus confirmavit, & sibi & aliis satisfecisse arbitratur? Idem apud Græcos facit Aristarchus.

chus. Idem cæteri omnes qui hanc artem tractavere, & recte. Cum enim arbitrium, vis & norma loquendi penes usum, consistat, quis efficacius quam doctissimi & elegantissimi homines, & in dicenda maxime comprobati possunt de hoc usu testimonium perhibere? In doctorum enim corruptela, non usus loquendi appellandus est, sed abusio. Cum igitur legamus fastidientis stomachi est, & rursus, oscula quæ nunc squalidus in nigra fastidit compede fossor. &, invenies alium si te hic fastidet alexis. &, cœlestes delicias fastidire, &, si sciret regibus uti, fastidiret olus, qui me notat, & millia huiuscmodi apud probatissimos autores scripta. Quid iam relinquitur, quod de natura aut significatione huius verbi fastidio, nisi cum summo audientium fastidio disceptari posse? Si apud unum duntaxat ex iis quos memoravi hoc verbum sic constructum reperietur, tamen propter autoritatem scribentis approbandum censerem. Cum vero apud omnes eodem modo reperiatur, quis nisi stultus & arrogans iam improbabilis? Quod si nullam rationem inveniremus, cur ita diceretur, tamen ipse usus excellentum virorum pro ratione esset habendus. Nunc vero cum præterquam quod omnes hoc modo videmus locutos,

etiam

etiam ratio evidens sit, cur ita dicatur, nullus omnino repugnandi locus relictus est. Nam cum fastus elatione animi per despctum significet, clarum est illum fastidire, qui per huiusmodi fastum aspernatur & despicit. Non igitur carnes fastidire te possunt cum inanimes sint, nec in illis cadat huiusmodi elatio. Aliud est enim fastidire, aliud fastidium parere. Parit enim fastidium res, quae me per saturitatem vel alium quemvis modum ad aspernandum inducit. Ipse vero animus qui aspernatur, & quasi ab ea re se contrahit, & quodammodo abhorret, fastidire dicitur. Sic Coridonem alexis per fastum, id est, per elationem animi fastidiebat. Sic C. Marius Sennam fastidivit questorem, sic qui sciret regibus uti fastidiret olus. Quod nonnulli parum intelligentes, ne subtiliter discernentes, ista duo confundunt, præfertim cum à vulgari consuetudine loquendi mentem nequeant avocare. Sed certe ut ei, qui recte ædificare velit, lapides ad filum dirigendi sunt, non filum ad lapides. Sic ei qui recte loqui curat, non intellectus ad verborum struem, sed strues ipsa verborum ad intellectum est referenda. Hac igitur ratione & simul superiorum autoritatibus victus te victorem in hac controversia iudicavi, atque etiam

eriam hodie iudicō, & adverfarium illum
tuum; qui te vestigia, autoritatesque anti-
quorum imitantem, minus congrue lo-
qui contendit, rudem atque improban-
dum esse dico. Vale.

et cetera. FINIS.

LEONARDI. ARETINI LIBER SECVNDVS.

I.

Leonardus Nicolao S.

*Quibus rebus maximarum laudum mate-
ria præbeatur scripteribus.*

NE GOCIA Lupinostri, de quibus
significari iam sèpñis me per tuas
literas monuisti, scias plane iis
proximis diebus esse confecta;
postulatio enim, quæ mihi illius nomine
tradita fuerat, nobis deprecantibus per
Pontificem admissa est. De quibus ad
ipsum scribo latius, quæ literæ ut ei
reddantur, curabis. Quod autem de Col-
luctii laudatione significari tibi postulas,
procedit sane opus satis, ut mihi videtur,
luculente verum, quia sic institutus fer-
mo

mo fuerat, quasi in ipsius funere, secundum antiquum morem, eiusmodi videatur haberi oratio, saepe mecum ambigo, an praestet totam dicendi rationem sic mutare, ut fictionem, in rem praevertim seria, evitemus, nec lachrymis & lamentationibus ei tempori congruentibus impediamus multaque relatu digna forent referre ad tempori enim, ut nosti, inserendum est, nec iocunda tristibus tatis continue admisceri possunt. Itaque si rationem dicendi mutavero, video pauculo ampliorem campum ad dicendum habituras. Nam de prolixitate orationis me admones, idem mihi quoque placebit, sique institueram. Sed nihil fas esse dico te a me celari. Amicus enim ad amicum loquitur, id est ipse ad me, stamma ipsa & filia vesti ob rei ipsius, de qua agitur, vel ingenii mei, vel utriusque simut paupertatem mirifice me destituunt, ad id quod exorsus fueram pertexendum, atque ut ego hunc video, & ut tu clamare pleutumque soles, nos plane hoc tempore humani sumus, quibus etsi magnitudo animi non deesset, materia certe debet ad nominis atque glorie amplificationem. M. Claudiu[m] Marcellu[m] Siracusa[rum] captiu[m], Nola[rum] defensa, Hasid[us] repulsus, & multis secundis praeliis superatus, consulatus

C

quo-

quoque proconsulatus dico , cæsus dux hostium , & opima Feretro Ioui suspensa spolia, triumphus & ovatio celebrem redunt. De Marco Porci^o Catone Silla trucidandi consilium, tribunatus militum, ærarium purgatum, thesauri Cipro devecti, contentiones tribunitiæ , conciones infestæ , repulsa consulatus, prætura urbana, civile bellum & ferro prius, deinde manu petita visqera, ad scribendum Ciceroni nostro præstiterunt materiam. Agenlai vero, quém laudat Xenophon, Herculis posteritas, Lacedæmonis imperium, magnificæ res gestæ, innumerabilia per Asiam, Græciamque trophea, puellaris verecundia, & probata per omnem ætatem castitas, memoratur. Possum infinitos pene referre de nostris ac Græcis illustres viros, quorum latissime diffusæ sunt res gestæ. Nos autem hodie quam in angusto versamur ? Quid enim nunc referam ? aut quid dicam , magistratusne in urbe vel extra urbem gestos ? Apud Pecciole credo memorabilem æditam pugnam , aut tu legere poteris absque risu, aut ipse ego si compos mentis fuero, describere audebo. Contentiones populares nullæ sunt, leges perlatæ nullæ, decreta etiam nulla, mores & humanitas superest duntaxat, tamen in illis ipsis nisi aliqua

aliqua insignia liberalitatis, humanitatis, prudentiae, ac veritatis, constantiae supra consuetudinem egregii ac rari exempli aedita facinora extent, fatis copiose laudari non possunt, universi quidem generis laus parum habet momenti, nisi ad singularia descendas. Singularia vero qui admirabilia videri possunt, nisi sint egregia & rara velut Fabia subventio pro salute Minutii ab hoste circumventi. Quo uno facto summus ille imperator tres maximas victorias adeptus est, vicit enim seipsum, vicit inimicum, vicit hostem. Velut Marcelli humanitas & magnitudo animi, qui fasces depositus consulares, ut accusatoribus Syracusanis apud senatum conquerentibus par esset. In iis autem huiusmodi laudandis prius me hercule cartha & arramentum mihi deforet quam oratio. Nos vero quid simile aut par? quid egregium aut admirabile praeter studia & literas? Itaque me in illis iactabo immodice, & tamen cætera diligenter perquiram & colligam, quo prolixitas impleatur. Vale.

Leonardus Francisco principi Cortonensium S.

*Qua mortis morbiisque specie interierit Inno-
centius Papa. (*)*

VArie delatam ad te famam de Innocentii morte, non equidem admiror. Quippe & hic apud nos in loco ipso, atque adeo in ipsis ædibus, quibus ille diem obivit, varia varii suspicantur, opinanturque, plena est enim malorum curia: alii confessim putant, quæ vellent mala, alii per calumniam, & quæ non putant, diffundunt. Mihi vero, quantum ex iis quæ aspexi iudicare licet, nequaquam dubium est, illum natura interiisse. Quid enim aliud putem de homine, qui & supra septuagesimum ætatis annum & va-
litudine fracta ac misera fuerit? Neque enim nunc primum vis morbi in illo, sed iam pridem erupit. Nam præterquam quod pedibus æger, & lateris dolore non nunquam cruciabatur, bis apoplexia, quod quidem scierim, correptus est, Romæ pri-
mum levius, deinde Viterbi gravius, cum in auditorio federet. Quo quidem in lo-
co

(*) Innocentius VII. defunctus 6. Nov. A. 1406.

co nisi aliquot familiares circum illum fuissetemus, qui accurrentes suscepimus, spectante multitudine de sella in caput volvebatur: à nobis tunc in cubiculum relatus semianimis plāne atque elinguis non nisi longa difficultique medicorum cura demum evasit, si id est evadere in mortem, differre. Per Martium inde mensam Romanam regressus, quandiu aestas caloresque fuerunt, non improbe se habere visus est, vergente mox in hyemem anno, rursus corruit atque interiit. Illud modo interfuit, quod prima illa Viterbiensi agrotatione linguam sic impeditam habuit, nihil ut exprimere non ridicule quiret. In extrema vero, qua defunctus est, nullum linguæ impedimentum apparuit. Præterea in prima illa difficilis & morosus, in hac perfacilis & humanus. Quatriduo ante obitum eius tabellarios Florentini populi, qui captas tunc pri-
mum Pisas attulerant, in cubiculum ad eum perduxerunt, cum quibus ita prospere locutus est, nullo ut premi morbo vide-
retur. Tanta vero patientia & humanita-
te, ut pedem ex lodi nudum proferret,
quo illi oscularentur. Interiit autem Ro-
mæ apud basilicam vaticani, corpusque eius post funebrem pompam in eadem basilica sepultum est. Vale, Romæ.

**Leonardus Francisco principi
Cortonensium S.**

In hac describit quomodo Pontifex () in
locum Innocentii electus sit.*

Quod flagitas, ut ad te scriberem de actis nostris, est mihi quidem non satis ocii ad singula exaranda, attamen percurram, quae magis digna cognitu videbantur. Post Innocentii mortem funusque de more illi peractum, longa patrum deliberatio fuit, supersederentne electioni an alium in demortui locum Pontificem crearent. Faciebat vero dubitationem, quod principes Galliarum, quorum, ut scis, populi diversa sectantur per Pontificem suum, quem Benedictum vocant, strictis promissionibus adegerant, se se abdicaturum esse, sive Cardinales nostri mortuo Pontifice supersederent electione, sive Pontifex ipse item se abdicaret, quo utriusque collegio in unum conveniente unicà indubitate Pontificis sequeretur assumptio. Sancta certe provisio principum Galliarum, & à cunctis fidelibus merito commendanda. Neque enim

finem

(*) Gregorius XII. 30. Nov. 1406.

finem ullum inveterati schismatis sperare licebat, si de iure disceptaretur: præsertim cum præter deum ea causa iudicem nullum haberet. In hac igitur consultatione cuius tu & causas & respectus iam cernis, occupati patres quid utilissimum esset haud facile statuebant, propterea quod in supersedendo & seditionum metus, & longior temporis dilatio & frustratio adversarii & huiusmodi multatimebantur, & in eligendo voluntas eius, qui assumptus esset, formidabilis videbatur. Vicit tandem eorum sententia, qui eligendum quidem Pontificem suadebant, sed validissime obligandum, quo adversario se abdicare volente, ipse quoque Pontificatum dimitteret. Ea mente iam conclave ingressis, supervenit Ioannes Dominici à Florentinis orator, huic postulanti contra consuetudinem Fenestella conclavis aperta est, & alloquendi patres facultas permissa. Summa orationis eius ista fuit, missum se à Florentino populo, ut patres cohortaretur, electione supersederent, eam quidem certissimam esse viam unionis consequendæ. Hæc multis verbis, magna que facundia homo dicendi exercitatissimus cum egisset, patres per se ipsos ferventes magis incendere visus est. Itaque responsum à patribus est, quando iam con-

clave intrassent, electuros quidem, verum ita provisuros, ut electus, qui fuerit procreatione potius ad deponendum Pontificatum quam Pontificem se factum intelligere posset: id enim iam pridem se constituisse, atque ea mente conclave ingressos: finito in hunc modum colloquo, suum ad negocium patres revertuntur. Cautio ab illis haec adhibita est, unusquisque patrum promisit solenniter, ac deo vovit, & iureiurando sanxit, si sibi contingat ad Pontificatum sumi, adversario Pontifici statim scripturum, invitaturumque ad se invicem abdicandos, procuraturum insuper omnium via, & modo unitatem, idque bona fide, sine ultra fraude, promissionem & votum, & iurandum quod ipse praesticisset, omnibus regibus, principibusque per suas literas primo quoque tempore significatum, quo eosdem testes haberet obligationis suae. E multis solennibusque verbis cum in libellum redegissent, & chirographa singulorum confecta essent, agitare posthac de electione cœperunt: vir quærebatur non tam peritia rerum gerendarum, quam fide integritateq[ue] idoneus. Quippe ad bene agendum in hac quidem re non calliditate consilii, neque p[ro]fundo, atchanoque pectore, sed bona voluntate.

voluntate opus fore videbatur. Ita animati cum singulos perpenderent, tandem in Angelum Cortaro natione Vénetum, mentem consensumque omnes verterunt. Is fuerat paulo ante opera Innocentii Pontificis inter patres adscitus, cum antea titulotenus patriarcha Constantino-poleos haberetur. Vir prisca severitate & sanctimonia reverendus. Is ergo conclave egressus, promissionem, votum & iuramentum quæ privatus fecerat, nunc in potestate constitutus iterato novavit, atque ita loquitur de unione, ut si cætera desint, pedibus & baculo sese iturum ad eam conficiendam asseverat. Nos opera videbimus, & certe spes bona supereft, ob eximiam huius viri integratatem; præterea tanta est omnium ad hanc rem conspiratio, atque ita erecti cunctorum animi, ut si tergiversari voluerit, nullo modo sint permisuri. Vale.

IV.

Leonardus Nicolao S.

*Ocii negotiorumque rationem reddit
amicō.*

SEXCENTARUM epistolarum tibi debitor sum, & quidem iam antea, sic in mora constitutus, ut vix illa purgari posse vi-

C 5

dea-

deatur. Sed tibi etiam atque etiam viden-
dum est, utrum præstet solutionem huius
debiti, particularem accipere, an dum in-
tegram summam persequeris, totum
mittere. Hoc igitur quoniam te malle
opinor iis tabellis partem dissolvam, re-
liqua deinde aliis quoqd datorum rece-
ptorumque fiat ratio par. Illud ante
omnia præmississe velim, quoniam de mor-
te successoris Colluctii per tuas literas ad-
mones me, nec si præfens essem candida-
tum profiteri velle, nec absentem cupe-
re, ut in meum nomen per suffragium
ædatur. Satis enim mihi est honoris
quicquam est, locumque teneo pro æta-
te honestissimum, non ambiendo, neque
petendo quæsitus, sed ultrò à Pontifice
maximo oblatum. Hic ego mihi viven-
dum puto, atque eo magis, quod bona
spes habetur, hanc pestiferam divisionem
è medio sublatum iri. Erecti sunt epim
cunctorum animi post Innocentii mor-
tem, & qui ante mussabant, nunc palam
unitatem efflagitant. Novus Pontifex
depositis contentionibus adversario scri-
psit, benigne illum ad pacem invitans, se-
que paratum offerens, si ille hoc idem fa-
cere velit, Pontificatu abdicare, quo una
Romani Pontificis sequatur electio. Ha-
rum literarum cum de industria cunctis

is qui peritiores habentur mandata curæ
fuisset, tandemque scripta seorsum, cuius-
que Pontifici patribusque recitarentur,
Arretina civitas cotemnendam putant.
Iudicio omnium palmam tulit, iunior in-
ter seniores, nova inter veteres. ac diu ex-
ercitatos. Expectarem ut hæc ab aliis au-
dires, nisi tu quoque iam me plus æquo
contemnere videreris, qui me lethem
potasse scribis, & inter curiales occupa-
tiones bonarum artium studiis decessisse.
Atqui nullæ unquam de re maiori liter-
æ à Pontifice ullo scriptæ fuerunt, nec
aut gravior, aut inusitatiор materia un-
quam extitit, & in qua singulæ pene syl-
labæ attentionis examine discuterentur.
Non possunt omnia mandari literis, &
simul festinat tabellarius ac ex tempore
mihi scribendum est. Quod vero flagi-
tas, ut laudationi Florentinæ urbis, quam
nuper edidi, nunc parta victoria ipsiusque
in ditionem adactis, hanc partem adiungam,
ego quoque faciendum censerem, si
cursum victiarum non longius proce-
furum existimarem. At ego maiora ex-
pecto in frustra augurium vane docuere
parentes. Quare historia opus erit, & si
sapiunt cives tui, docto alicui demanda-
bunt. Mitto unam ex Demosthenis Phi-
lippicis, quam proximis diebus interpre-
tatus

tatus sum. Tu vide an ea interpretatio, hominis qui longa potarit oblivia tibi videatur. Aliam vero orationem famosam, scilicet illam pro Ctesiphonte, quam habeo in manibus, si haec non displicuerit tibi, alias mittam. Nunc istam habe degustationis loco, Vale, Romæ 10. Calend. Ianuarii.

V.

Leonardus Nicolao S.

*Quando narratione opus sit, quando non,
in causis.*

Orationem Demosthenis quam proximis diebus cum per vacationem Romanæ sedis ipse quoque vacarem, ex Græco interpretatus eram, puto te iam legisse, & præterea tua diligentia omnem eius vim studiosissime annotasse. Sed tunc cum illam ad te darem, oblitus sum aliquid præfari ac præmittere, quo tibi eius cognitio clarior & dilucidior esset. Itaque nequaquam mirarer, si te & de Dyophyte, & de Cherroneso, & de totius rei serie dubietas quædam haberet, res enim apud nos minime celebris est, nec enim narrator illa, ut opinor, de causa, quod tunc in consultatione explicata omnibus nota atque aperfa erat, ut est etiam apud Ciceronem nostrum, ibi parvis de rebus, sed for-

fortasse necessariis consulimur P. C. de appia via, & de moneta consules, & de lupertis tribuni plebis referunt. Vides hic per oratorem nullam rei notitiam præberi, quod omnia fuerint ante in consultatione explicata. Quanquam alias aliter, ut de imperatore diligendo, post principium ait, bellum maximum & periculosissimum vestris sociis atque vectigalibus à duobus regibus infertur, Mithridate, & Tigranne, & cætera, usque illud ubi dicit, causa quæ sit videtis, nunc quid agendum sit considerate, ubi de narratione ad partitionem sermo traducitur. Credo satis notum fuisse populo Romano Mithridaticum bellum, tamen narrare libuit. Quod tamen ex necessitate non facere, ostendit cum dicit, atque ut inde oratio mea proficiatur, &c. Vbi manifestum est magis ad ordinem causæ quam ad necessitatem huiusmodi narrationem accommodari. Sed hæc omittamus. Quando enim supersedendum sit narratione, & Cicero ipse docet, & is qui dicturus est ex temporis & causæ personarumque opinione, peritiaque iudicabit. Ut autem ad illa veniam, quæ runc prætermisi. Cum pax pro Philippo esset & Atheniensibus, nec secura tamen, nec tuta, missus est Diopithes cum delectu civium, qui

qui Cherronesum habitarent, id erant quasi Coloniam deducere, veluti apud nostros Fesulas à L. Silla, & Bononiam à Scipione sunt coloniae deductæ, accipiebant ii qui deducti erant arma, & viaticum ex publico, & agri portio viritim assignabatur. Cum igitur Diopithes in Cherronesum venisset, cæteris eius regionis hominibus haud cunctanter colonos recipientibus, sola Cardianorum civitas recusavit. Ob quam causam cum bello à Diopithe laceferentur, accito Philippo sepe per illius auxilia defenderunt. Hoc Diopithes indigne ferens maritimanam Thracie regionem, quæ Philippo suberat depopulatus est, atquæ se inde propere in Cherronesum recipit. Querebatur ergo Philippus, & pacem esse ruptam prædicabat, seque ulturum huic colonos, per litteras suas Atheniensibus missas comminabatur. Eadem causa concio habetur, & ad populum de ea re publice refertur. Dicuntur graves in Diopithem sententiae, & ab iis maxime qui Philippo favebant. Demosthenes vero Diopithem defendit, & ad bellum adversus Philippum cohortatur, quod quibus rationibus faciat, legendō addiscitur, cura ut valeas, mi suavissime Nicolae, Romæ, pridie Calend. Ianuarii.

**Leonardus Francisco principi
Cortonensium S.**

Quod duo Pontifices conati sunt unitatem ecclesie facere, quidam autem resistierint.

POstquam alias literas ad te dedi de unitatis negocio, hæc subsecuta fuere, Pontifex noster statim ab initio adversarium, (*) uti promiserat, per literas invitavit ad Pontificatum simul deponendum, ille eisdem fermè syllabis ad eum rescripsit, eadem invitatio fuit, eademque cohortatio, locus deinde necessarius visus est, in quo & Pontifices ipsi, & collegia convenirent. Ad hoc Scionapari consensu recepta est urbs, medio fermè spacio, & tam mari quam terra accessibilis. Prospere hucusque & plane ex sententia, deinde turbationes subortæ graves, cunctaque suspicionibus referta. Necessarii enim quidam, propinquique Pontificis post assumptionem ad ipsum confluenter, suspicionem apud multos peperrunt, quasi voluntatem prius rectam inflectere conarentur. Accedit quoque Ladislai regis detestandus conatus. Cum enim

(*) Benedictum Antipapam.

enim regnum Sicilię ad sedem spectet Romanam, & in hac divisione nostri quidem Pontificis Ladislao, diversi autem Lodovico Antegavensium duci id regnum concesserint, ac certamina ea de causa fuerint permagna, in quibus tandem Ladislaus prævaluit, regnumque solus possideat, revertur nunc ne abdicatione facta, & utrumque collegio ad electionem cœunte, gallicus forte aliquis ad Pontificatum sumatur, qui favorem in regno obtinendo ad Lodovicum convertat. Hac itaque suspitione permotus, omnes machinas adhibet ad unitatem impugnandam. Quod quidem factum patribus ac bonis omnibus ita molestum est, ut ad summum odium nomen regis pervenerit. Nam illi quidem satis cautum erat, ex formula ipsa quo providetur in cunctis dignitatibus, ubi plures à diversis electi reperiuntur, possessori dunitaxat ius fore. Itaque spicantur quidam non tam eo metu regem moveri, quam id arcane moliri, ut per divisionem perpetuam sedes Romana imbecillior maneat, ac nunquam evadat in formidabile robur integrata. Quicquam tandem eum moveat, aperte renititur, adeoque proficit, ut Saona communi consensu ad conventum delecta, iamiam respuatur. Quo quid ignominiosius Italicus

lico nomine accidere possit non equidem video. Oratores ex Gallia permulti quotidie nos invitant, hortantur, excitant. Nos plane dormimus, nec quemadmodum fiat hoc tam sanctum opus, sed quo modo non fiat cogitamus. Habet acta nostra, quæ quoniam ad te liberius scripsi, dolore quodam permotus, occule quæso has literas, ne in aliorum perveniant manus. Vale, Non. April. 1407.

VII.

Leonardus Francisco principi
Cortonensium S.

Quo pacto urbem Romam hostis ingressus sit noctu, quoque modo expulsus.

Scripsi nuper quid homines suspicarentur de regis voluntate, novæ postea res infecutæ cuncta etiam quæ prius obscura videbantur, magis patefecerunt. Regis enim copiæ ingentes coniunctis sibi Romanis exilibus ad duodecimum lapidem via latina convenisse, atque inde ad urbem occupandam venturæ dicebantur. Erecta eo metu civitas confestim ad Pontificem decurrit, periculaque ostentans providere iam inde precabatur: ille negare sedulo adventare quenquam, totum que

D

que

que rumorem hunc à malivolis fictum dicere, ut suspitiones, discordiaeque maiorem in modum augerentur. Hæc Pontificis asseveratio, quoniam ex vero proficisci animo videbatur, fidem multititudini fecit. Itaque nihil quasi subeffet periculi, dominum reversives, positis armis, quietiverunt. Hæc dicta fuerant ad vesperas. Eadem illa nocte deprivit statim vigilia, regii milites quidam exulesque Romani per vastæ solitudinis loca muros intrarunt, refractaque inde proxima porta aditum equitibus patefecerunt. Ad horum ingressum, clamor sublatus per urbem diffunditur, itur ad arma, concurretur adversus hostes, ac pluribus simul locis prælia conseruntur, Pontifex ubi ista sensit, confestim ab ædibus Vaticani, quibus inhabitabat, sese in molem Adriam recepit, patrum vero nemo secutus est eum, præter unum Columnensem, nam cæteri metu percussi, fuga sibi consulere, quam cum Pontifice includi maluerunt. Nec ego unquam noctem magis turbulentam puto fuisse, trepidis omnibus & incertis, quid agere, quo ve consistere deberent, suspecto Pontifice: nec tota quidem urbe idem sentiente, fugaque ipsa patruq; debilitabat animos, quasi præstantes sapientia viri, ac plurimum discorcentes quo-

quoniam intelligerent resisti non posse
migrandi consilium assumpsissent. Quam-
diu nox fuit hostis superior habebatur,
nec iam procul à Capitolio pugnarat.
Sed albescente mox cœlo, P. Vrsinus cum
equitatu subsidio nostris veniens per di-
versam ab hoste regionem ingressus, me-
dia vadens urbe transversis itineribus ad
eam portam pervenit, per quam hostes
intrarant, ibi dissipatis stationibus. Pone
congreditur, ita ut inter multitudinem
populi ac suum equitatum medios hostes
haberet. A fronte igitur & à tergo vexa-
ti in fugam tandem vertuntur. Capti
eorum multitudo ingens, & in iis princi-
pes ferme omnes diverse factionis. Ex
tempestate itaque admodum turbida se-
rena lux ubi effulsit, ac ex mœrore lætitia
ingens, ut ego ipse spectator horum
omnium admirer, tantam mutationem
tam brevi tempore contigisse. Revoçati
ex fuga patres, cum iam eorum plerique
multa passuum milia Sutrium versus abiis-
sent, summa gratulatione omnium redie-
re. Sunt qui putent hanc totam reni à
Pontifice de industria compositam, quo-
mentio omnis unitatis obrueretur, quod
futurum erat si rex obtinuisset. Nos de
Pontifice nullo modo credimus, de pro-
prias non dubitamus. Pontifex no-
ster

ster in animo habere. Senes petere, inde vero Lucam, sed res adhuc perpaucis nota est.

VIII.

**Leonardus Bonifacio Colluctii
filio fratribusque S.**

Quantam curam habuerit eius quem in fidem receperit.

Quantam parenti vestro homini, doctissimo viroque præstantissimo pietatem mortuo etiam præstare debeam, nec oblitus equidem sum, nec unquam uti spero, quamdiu vita supererit, obliviscar. Quid enim si me genuisset ille plus aut charitatis, aut benevolentiaz, aut amoris mihi potuit impartiri? Multi genitores à filiis se rogari expectant, ille semper mihi ultro & inrogatus occurrit. Multi fre-na dimittunt filiorum cum adolescere cœperunt, illa in hac ipsa ætate frenæ mei suscipiens nunquam è curriculo deflectere passus est: Sed monendo, castigando, incendendo ad virtutem præstantiamque direxit: Quod Græcas didici litteras, Colluctii est opus, quod poëtas, quod oratores, quod scriptores cæteros legerim, didicerim, cognorim, Colluctii est opus. **Nemo** unquam patens in unicor diri-

LIBER II.

53

dirigendo filio tam sedulus fuit, quam ille in me, cuius ingenium, in quo tamen amore nimio dicipiebatur, ita natum ad hæc studia prædicabat, ut si aliorum diverterem manus sese mihi allaturum, ac vi retracturum, minaretur. Qui post aliquot annos, cum mē tunc primum vocatu Pontificis Romam petere volentem lachrimas dimittit, quasi præfigio quodam futuræ mortis familiam mihi suam multis verbis commendavit, sed præcipuam de Salutato curam mandataque iniunxit. Eum sane, inquit, quod oculis non satis valeret, nullæ ferme rei gerendæ satis aptum, permagnam sibi curam sollicitudinemque afferre. Nam de cæteris quoniam fani essent minus admodum laborare, huic autem videndum esse iam nunc, & quænam sustentamenta vitæ sint præparanda: Statuisse vero potissimum, ut in clericos transcriberetur, proinde rogari me obtestarique per amorem quem erga me unum semper habuisset, ut adolescentem ipsum in meam fidem tutelamque reciparem, efficeremque mea opera ut cum aliqua dignitate & honestate vitam ducere valeret. Hoc ega tunc in meam fidem cum recepissem, quid enim illuc de me ac de desiderio narrem meo, quæ non minus erga Colluctium quam er-

D 3

ga

ga parentem semper affectus. Sed vel
quidem non satis est, nisi operis. Ne
vero id satis, nisi ad effectum perducas
Qui enim in fidem suam quid recipit
non voluntatem bonam duntaxat, ut mihi
videtur, nec qualemcumque operam
præstare contentus esse debet. Affirma-
re profecto possum nec vivente illo, ne
qué postea defuncto, studium & diligen-
tiam ista quidem in re mihi defuisse. Apud
duos adhuc pontifices fui Innocentium
& Gregorium, cum utroque sæpiissime di-
hac re & instantissime egi, sed ita plena et
expectantium curia, imo vero non expe-
ctantium, sed obviari euntium, ut quotien-
aliquid vacuerit à mille raperetur. Gra-
tiam vero nostram minuit, quod nos noi
pro nobis, sed pro alio petebamus claril-
simi quidem viri filio, quis negat, attamei
absente & à familiaritate pontificis alieno
Itaque qui præsentes vel pontifici ipsi, ve
alicui parte deserviebant, semper adhuc
prælati sunt petitioni meæ, & ea quidea
causa, quo minus adhuc obtinuerimus, re-
fragata est, quod postquam satis experti
sum ad consilium versus, constitui perse-
nram meam prætexere, neque enim aliui
finem ullum fore videbam desiderio no-
stro, postulabatur ergo nuper venerabilis
vir Antonius Senensis ad episcopatu-

Pisauri, ad id factum duo illius beneficia
vacatura sperabantur, Canonicatus Flo-
rentinæ ecclesiæ, & præpositura Fesula-
næ. Hæc ego ita fore aptissima in Salu-
tato existimabam, ut si nos effugerent
nunquam alias me consecuturum eam fa-
cultatem existimarem. Sentiens ergo
quid me hactenus impedit, non iam
pro illo, sed pro me ipso petere professus
sum, pontifex vero et si admirabatur mu-
tatam voluntatem meam. Nam episco-
patum mihi ab Innocentio sponte obla-
tum sciebat me respuisse, tamen conces-
fit, nec deest tamen illi ut animadvertere
potui suspicio, quod nam diluimus simu-
latione & mora quadam interposita. Hæc
ego vobis nota facere constitui, ut sciatis
hæc me beneficia Salutato nostro impe-
trasse. Et si dilatio intercedat quædam
opus ne pontifex indigne ferat, se hoc
prætextu circumventum fuisse: vestrum
queque interea fuerit commone facere Sa-
lutatum, ut quoniam beneficia habet pa-
rata, det operam efficiatque ne ipse im-
peratus ad illa quæ clericum scire decet re-
periatur. Valete, Senis.

IX.

Leonardus Petro Myano, S.

*Quam excellenter in Papæ cardinalium-
que confessu oratores Venetorum
dixerint.*

IAM diu nihil magis oratorium Curia Romana audivit, quam vocem p̄fstantissimi viri Zachariæ tui immo pocius nostri. Ego enim propter maximas eius virtutes amori erga illum tuο aut nihil aut non multum concedo: Qui cum à pontifice maximo publice audiretur, astantibus reverendissimis patribus sanctæ Romanæ ecclesie cardinalibus, & frequentissimo cleri populique multitudine circumfusa, ita locutus est ut in verbis eius rebusque doctissimi viri prudentia, fortissimi hominis gravitas, elegantia differtissimi oratoris, perfacile appareret: vellem aspexisses quanta cum attentione auditus est, ut in tanta multitudine ne respiratio quidem alicuius sentiretur, maiestate orationis, ubertate sententiarum, copia optimorum verborum mirum in modum animos demulcentibus. Dixit præterea fortis vir Marinus Caravellus, & ipse quoque magno cum spiritu nec minori cum maiestate, qui et si non Latino,

sed

sed patro sermone in dicendo interstur, tum nec sua caruit laude, & alti ac sinceri animi haud dubie apparuit. Denique per hos duos oratores universam curiam Venetorum civitas sibi mitifice conciliavit, aut amplissima & potentissima, & præterea optima & pacis amantissima & potentissima ab omnibus habeatur, quasi palmam huius sanctissimæ & optatissimæ Christianorum ecclesiæ rediægrationis deus servaverit, nihil in toto orbe terrarum erit penitus gloriosius. Sed de rebus publicis alias, ~~magis~~ autem de privatis loqui malo. Ego Zachariam nostrum convenio sæpiissime, & quantum otii ab oratoriis negotiis, quæ mirabili vigilancia exequitur, sibi datur, id totum in librorum ac studiorum agitatione consumimis, quibus vellem adesses. Quanquam ades tu quidem semper sermonibus nostris, sed tamen alio quodam modo vellem te præsentem intueri, non enim dubito quin iocundissima inter nos saturnalia ageremus, vix tamen est ut non invidiā felicitati tuæ qui Manuelem Christoloram virum doctissimum, atque optimum tam diu Venetiis destineas, eiusque adventum in curiam retardes. Nos enim ut alias sæpius ita nunc cum oratoribus vestris ut veniret expectantes, non semel

frustrata spes est, & refellit opinio, quem
togo ut meo nomine salvare iubeas, &
volumen Augustini de civitate dei, quod
apud te illius nomina deposueram, eidem
credito, si faciasque me certiorem, ab ali-
quos libros Græcos mihi deferat, n. Ho-
die decretum est uti Pontifex Lucam se
contulisse debeat ante finem mensis Ianua-
rii. Altera pars in Venetis portum. Va-
le, eis Senis. X.

Leonardus Ruffo S.

*De duorum dissidentium pontificum
animo.*

ACcepi literas tuas per breves, in quibus id modo flagitas, ut quid agatum,
quidve spei sit de unionis negotio tibi
rescribere ne plegeat. Accipe igitur post-
quam Lucam pervenimus crebro ulro
extroques oratores fuere, sed nihil adhuc
perfectum nec inchoatum quidem quod
dignum ulla spe mihi videatur. In ad-
versario Pontifice (*) nequaquam recta
mens, quamquam simulat ille mirabili astu-
tia, ut facile imprudentes decipere pos-
sit, sed nihil sane crede mihi illi ineft.

Si

(*) Benedicto Antipapa.

Si enim inesset, quid vetaret rem perfici? Quicunque enim istorum vere velle quod iuravit & promisit, alter etiam sibi nolle complebetur. Quam enim excusationem aut quid diffugium haberet? Nunc vero quia uterque tergiversatur, alter alteri excusationem & diffugium praebet. In nostro Pontifice poeta & simplex natura, sed ut quisque bonus & simplex, ita facile ab improbis decipitur. Quidam enim honores ab eo sperantes in sinum eius adulaando irrepserunt. Hi & formidines inanes illi incutunt, & recta valentem nonnunquam inflectunt. Ego autem animi sunt, turbationem aliquam formido, nihil est enim infensiüs, nihil indignantius. Vale.

XL.

Leonardus Ruffo S.

*Quendam cupiditates animi sui potiores
habere quam ecclesiæ unitateni.*

PER hinc iam licet pasche me petis, quid de Ioanne Dominici existimandum sit variisque de eo sermonem apud nos esse significas. Quid autem ego ad te rescribam, de re difficulti protinus atque ardua? Nihil enim difficilior quam mentem hominis intueri. Itaque nil dicam ipse de me,

me, sed qualis sit opinio nostrorum hominum de illo ostendam, præstantissimum esse virum, & scientia eloquentiae eminere nemo inficiatur. Querela tamen est adversus eum, quod cum ipse in primis autor suasorque unionis ac cæteros omnes ardentissime commoverit, tamen postquam episcopatus illi à pontifice datus est, quasi medicata offa præclusis fauibus nihil posthac pro unione, sed multa adversus eam videtur suasisse. At qui nemo qui primo illum audisset extinxavit munus pontificis ab illo non reuicti. Accepit tamen ut deprehenditur non ingrate, ac maiora illum sperare aiunt, prodita causa quam prius tam acriter perurgebat. Nos vero ut de mentis illius arcano nihil scimus, sic ea quæ agit moliturque non probamus. Affirmamusque primo illius ardori & studio posteriora videri contraria, parumque sibi ipsi illum constare: quod utinam sapientia quadam maiori faciat, ac non ambitione. Ego quidem hunc hominem, ut scis, amo propter excellentiam virtutis, atque eo magis doleo in hanc ipsum adversam opinionem hominum incidisse. Nemo est omnium qui peccare ignorantia illum putet, sed cupiditate animi transversum agi. Vale.

XII.

XIL

Leonardus Roberto S.

*Villeæ descriptionem cuiusdam lætitiamque
amicorum continet.*

IN medio turbæ turbationum ac molestiarum, quibus per hoc tempus omnia redundant, lætissimus heri nobis & iucundissimus effluxit dies, qui mentes nostras depulsis tristitiae nubibus, mirifice fereret, memoriamque omnem præsentium vel impendentium calamitatum penitus auferret. Tres enim familiarissimi in unum convenientes, & non bellicum sed bacchicum continentes, satis magnam fodarium manum contraximus, omnibusque ad lætitiam dispositis in villam Alamatim archiepiscopi Pisani ipso Alamanno duce, veluti ex diuturnis vinculis emissi, nullum gaudendi hymno ut verius dicam repuerascendi genus omisimus. Villa est media ferme inter Pisas & Lucam à dextera ripa auferis fluvii amoenissimo in loco sita, & maxime ad rusticandas voluptates excogitata. Surgens enim leviter in collem subiectamque planitiem despiciens, montes à tergo habet coniuctos, ad aucupationes venationesque aptissimos. Itaque fave rapaci ave, sive mordaci

ci cane, sive plagis, sive venabulo, sive cur-
su denique, sive feris, sive avibus, sive pisci-
bus delecteris, vicij*ni* iunctes coniuncti,
colles, subiecta planicies, præterfluens
amnis, assatim omne genus prædæ tibi lar-
giter subministrant, verum nobis illuc
profectis nec venari a pros placuit, nec
figere cervos, nec rursus canibus lepores
agitare fugaces, nec fera blacteolis unguis
armata sonoris cepit avis prædam. Sed
traxit nos & vendicavit sibi incredibilis
amœnitas auseris amnis, qui tectus fron-
de populea, cristallino alyeo viridibus ri-
pis, mira placiditate fluebat. Quibus al-
lecti depositis togis, & calceis acerrime
piscati sumus. In quo ita luximus, ut
pueri, ita clamavimus, ut ebrii, ita
concertavimus ut dementes insanique vi-
deremus, aderat omnibus ipse Alaman-
nus qui quanquam religione, impedita
tur, una ludere, tamen ita spectatorem se
præbebat, ut ea quæ gerebantur mira fe-
stivitate usque comprobaret. Egressis
tandem è fluvio cœna dubia apponitur ex
piscibus rostratisque avibus, expectavisti
fortasse ut dicerem navibus, sed non est,
ita non est. Sed aderant aves multæ, vi-
na plurima: Omitto cætera quæ cuncta
opipare apparata fuerant, post coenam
vero axide voraciterque un*us* fabrantibus in

in aqua evenire consuevit absumptam, de ambulatioñe fuit equestris inter flarentes segetes; & afnoëna virecta, ramosque fœcunditate fructuum incurvos, qui longe lateque vagati cantantes alii, alii iocentes, post multas variasque urbanitates ad ipsum amnem, quem antea vado transferimus reversi & in harenâ depositi lactantes inter se agricolâ nudos & lacertosos, qui placendi gratia convererant, quasi in gladiatorio certamine usque ad primam noctis horam lætissime spectavimus, cum illi saepè violentia maioris roboris prostrati & gravissimo casu ad terram elisi ceteraque involuti uberem nobis videndi materiam præberent. Sed ego genera ipsa voluptatum non singula ac minuta, nam id quidem longius esset, enarro.. Scis enim tu quam multa esse soleant inter familiares lætos & unaniimiter ad festivitatem paratos. Denique hic procul dubio fastis ascribendus est, & meliore lapillo annumerandus, præsertim cum eo turbationis devenierint res nostræ decurialibus, ut summo studio conquirendum sit aliquid, quod nos quacunque ratione ab illorum amarissima cogitatione divertat. Vale, Lucae, 4. Idus Junii.

XIII.

Leonardus Petrillo Neapolitano S.

Hæc Epistola est de miris Romane curiæ turbationibus, non solum duorum () qui eodem tempore fuerunt, Pontificum, sed Cardinalium cum Papa.*

EN quod iam dudum sæpe inter nos collocuti diviniabamus, fore ut nubila hæc tempestas indies magis magisque ingravescens, procellam denique subitam, horrendamque daret, tandem aliquando effectum est. Patres enim longa indignatione, iraque permoti, relicto Pontifice abierunt. Quo quidem die nil aut procellosus, aut turbulentius fuisse unquam imaginari possum. Tuam igitur sapientiam valde equidem laudo, quod ista prævidens te iam antea Neapolim in tutum receipisti, me autem culpo, quod cum non minus fortasse quam tu ista prævidisse, subire tamen malui, quam vitare. Accipe vero à nobis quemadmodum res gesta sit, nam & vere te arbitrör veritatem cognoscere, & falsa per eos multa qui ignorant circumferentur. Repetam igitur superio-

(*) Gregorii XII. & Benedicti.

riora quædam ex eo videlicet tempore
quo tu à nobis discessisti, quo facilius rei
gestæ causas progressusque intelligas.
Fuerat Pontifex noster, postquam Romam
abiit, menses aliquot Senis commoratus.
Tempus interea venit quo Soanæ con-
stituerat adesse. Id cum summa omnium
bonorum querela tempus defluere passus
est, promissumque neglexit, contempsit-
que. Adversarius autem Pontifex Soa-
nam, uti promiserat, venit, & quidem ad
præscriptum diem, nostrique absentiam
illudens singulis horis accusabat. O rem
acerbam, & non præsentium modo Italor-
um, sed posterorum quoque dedecus in-
gens. Quid enim turpius nobis accide-
re potuit? quid fedius? quid ignomi-
niosius? locum pro unione Christiano-
rum à nobis paulo ante sponte consulto-
que receptum, mox erectis cunctorum
animis, adire postea noluisse. Hæc tu
scribere audes, dicet quispiam, cum sis in
Pontificis familiaribus? Protinus ita, quid
enim nunc aduler, & alia sentire me fin-
gam? unus quippe Christianorum sum,
& unus Italorum. Alteros fraudari uni-
tate & pœ, alteros ut infidos & fœdifra-
gos in crimen vocari, disruptor. Non
tu igitur Pontificem amas? imo plus cer-
te quam isti, qui mentiendo & adulando

diversa illi suaserunt. Ego enim veram Pontificis gloriam concupivi. Ea profecto fuit in unitate & pace Christiano populo, ut promiserat, exhibenda. Quo quid gloriosius? quid immortalius esse potuit? Ipsi vero ut quomodocunque federet, et iam cum querela hominum, suaserunt, quod qui gloriosum putant dementes ipsi sunt, praesertim cum obscurum non esset, haec quae venerunt fuisse ventura, sed redeo illuc unde digressus sum. Cum Pontifex Soanam non venisset, & adversarius ad praescriptum eo profectus nostram absentiam accusaret, indignantibus cunctis, & aperte frementibus, secunda quaedam navigatio, ut dici solet, recipitur, ut alter Pontifex in Veneris portum, noster vero Lucam veniret. Senis igitur per mensem Ianuarium maximis nivibus profecti, Lucam devenimus, ibi, utpote ex propinquo, crebris ultiro citroque oratoribus missis acceptisque nihilo res se habere melius apparebat. Nec sane mens in alio Pontifice sana erat, sed occulebat ille quidem bona fronte propositum malum, & certe in causa superior habebatur. Nam & Soanam ierat ad praescriptum diem, nostro turpiter deficiente, & postea quasi vera cupido ineffectus, Hetruriæ littus advenerat obviam strenue profe-

fectus tarditati nostræ. Cumque in nostram, ut ita dixerim, terram pervenisset, illud haud impudenter dicere videbatur, se in littore esse velle, ne à classe tutelaque sua longias discederet, locum autem nullum, modo littorius esset, se recusare. Hæc illius summa erat. At noster quasi contra nitens, ad littus descendere recusabat, mediterranea probabat loca, nec tamen omnia, sed ea tantum quæ se Pontificem existimarent. Ita alter quasi aquaticum animal in siccum exire, alter quasi terrestre undas aspicere perhorrebat. Exacerbabat vero dolorem, quod vulgo æstimabatur, neque illi si in siccum descendet, neque huic si littus adiret, quicquam periculi subesse. Nec ipsi quoque id non intelligere putabantur, sed metum de industria fingere, quo hominum desideria frustrarentur. Erant igitur querelæ ingentes, & aperta iam oblocutio, indignabantur omnes ea ætate homines, supra septuagenarium uterque est, quo paucos federent annos, & dei metum & hominum censuram post habere. Hæc erat hominum indignatio & querela. De me autem si quæris, ego deceptum Pontificem nostrum ab iis de quibus supra dixi, metumque inanem per malos suasores injectum illi, existimabam. Conspexeram

enim ab initio illius rectissimam voluntatem: mutatum vero ex se ipso bonum quidem virum persuadere mihi non possem. Nam si malignum putassem, non tu me prævenisses abeundo. Cum esset hic status rerum, ecce nova turbatio superoritur. Constituit enim Pontifex noster Cardinales novos in ecclesiam Romanam assumere. Huius vero causæ erant duæ, una quod fautoribus quibusdam suis gratiam referre cupiebat, præsertim id magnopere flagitantibus. Altera, quod admiscendo vetustis patribus novos assumptiones temperaturum se illorum vehementiam existimabat. Non erat dubium patres adversus hanc Pontificis voluntatem esse reclamaturos, & est mos, nihil tali absque illorum consensu à Pontifice decerni. Fortiter igitur conandum ratus, patres in consilium vocat. Convenere trepidi, & iam inde aliud alii suspicantes, paratur secreto locus, subsellia ponuntur, prodit è cubiculo Pontifex, & in throno resedit, patres inde suis locis confedere iubentur. Vbi confessum est, Pontifex contra consuetudinem duos circa se familiares retinuit: cæteram multitudinem omnem exclusit. Id sive ut interventu nostro, si quid opus foret, uteatur, sive aliam ob causam fecerit incertum

tum habeo. Mora quædam prius & silentium fuit, inde Cardinales aspiciens non fatis læto vultu, præcipio, inquit, ut nemo vestrum affurgat. Hæc prima illius vox eum mente, subita admiratione percussif-
fet, alio alium respiciente, indignanteque Henricus Tusculanus, quid est, inquit, hoc pater, & quid sibi vult istud præcep-
tum? Quandoquidem, inquit Pontifex, vobiscum nequeo recte agere, providere ecclesiæ volo. Ad hæc Henricus inflam-
mato vultu, imo destruere ecclesiam vis.
Hic cum indignanter omnes federent, ta-
men primus omnium Raynaldus S. Viti,
in Macello diaconus vir, ut tunc mihi vi-
sum est, omnium qui aderant cordatissi-
mus, repente assurgens, moriamur potius,
inquit. Et ille, ut tu scis, procero corpo-
re, & cum proceritate ipsa tum etiam ver-
bis facere animos visus est. Itaque ple-
rique post hunc surrexerunt: sed in no-
va & subita re prospicere licebat, quid in
unoquoque animi vigorisque inesset. Ru-
bebant alii, alii pallebant, ira & iurgio alio,
alii prece supplicioque nitebantur. Co-
lumnensem ego vidi ad pedes Pontificis
provolutum, rogantemque ne ita facere
vellet, contra vero Leodiensem minabun-
dum, & contumaciter incensum. Bur-
degallen sis vero quasi medius quidam mo-

do iras lenibat, modo Pontificem prece-
batur. Ita re infecta consilium tandem
dimititur, præcepto tamen prius à Ponti-
fice ædito, ne quisquam patrum urbe Lu-
ca exiret, neve iniussu suo convenirent.
Id rursus præceptum non minus asperi-
tatis suspicionisque habere visum est. Ita-
que maiores confessim secuti motus
omnia perruperunt. Leodiensis siquidem
post præceptum illud Pontificis, mutata
veste, Luca egressus aufugit. Id cum au-
ditum esset, immittuntur equites, qui il-
lum vi reducere conentur. Hi ergo ye-
stigia parum caute secuti, Pisanum in
agrum discurrerunt, qui est in Florenti-
norum ditione, nec tamen Cardinalem
ipsum apprehendere potuerunt. Nam
parum anteveniens in oppidum Libra fa-
ctam se iam receperat. Rixa tamen non
procul ab oppido cohorta est, & quidam
ab equitibus vulnerati. Eacum luce vul-
garentur Lucensis princeps veritus ne
ex hoc Florentinorum iras quasi violato
eorum territorio contra se provocasset,
equites quia ea patraverant, cum Lucam
redirent ad ipsam urbis portam capi ius-
sit. Erat pontifex quoque sollicitus de
equitum suorum errato, graviterque fe-
rebat Florentinorum fines ab illis viola-
tas. Itaque propere Marcellum Strozam
virum

virum clarissimum, qui tunc in curia morabatur, & me quoque una cum illo ad se vocavit. Dicit quæ gesta sunt, nullo suo iussu, sed equitum temeritate fuisse commissa. Nos ergo Florentiam oratores ire iubet, ac rem apud civitatem purgare, cum essemus in eius conspectu, mandataque acciperemus, repente ingressus quidam nunciat, Cardinales omnes uno agmine simul abire. Eo nuncio Pontifex adversus nos illico dimittere, ac aliis traducere animum coactus est. Neque enim falsa erant, quæ de abitu Cardinalium nunciabantur. Nam illi quidem ex captivitate equitum recepto animo, prius enim principem ipsum equitesque formidabant, abundi palam consilium susceperunt. Adiuvit eorum cœptum Florentinus quidam civis, paucis ante diebus Lucam missus, tunc præsens ex hoc ipso occasione natus pro invaso territorio ab equitibus vociferabatur. Ob huius maxime clamorem & simul ob equitum iniuriam conterritus Lucensis, abire Cardinales passus est, Luca igitur egressi, eodem die Pisas migrare. Spectaculum me hercule durum fuit atque acerbum, nostros cernere abeuntes. Sed acerbior paulo post mihi apparuit, curialium secessio. Dividebatur enim multitudo tota, & quasi ab uno cor-

pore membra dividebantur, aliis Cardinales sectantibus aliis cum Pontifice remanentibus, plurimis vero incertis & vacillantibus querelarum & detestationum plena erant omnia: Pontifex haud multo post novos Cardinales creavit quatuor, vellem melioribus auspiciis creatos. Nam nisi fallor, multa & terribilia impendunt. Ego Pontificem non deferō, tenet enim me familiaritas, ius, & officium quod apud illum gessi, à quo salva existimatione mea recedere posse non videor. Affirmo tamen multa, quæ hic fiunt, mihi nequam probari. Vale.

XIV.

Leonardus Ruffo S.

*Cardinales reliquisse Pontificem aliosque
à Papa creatos.*

AVdivisti quæ hic turbationes coortæ sunt. Patres enim, ut iam pridem suspicabar, Pontificem reliquerunt. Magna profecto res, & nisi fallor initium maximum novitatum. De quibus refer quid sentiat civitas vestra. Tu si quid habebis, facies me certiorem. Ego Pontificem non deferam, non quod mihi hæc probetur causa, sed quo in familiaritate eius cum fuerim, non videor absque reprehēre.

prehensione deserere illum posse, ita tam
en præstabo, ut mei iuris sim, nec quen-
quam offendam. Pontifex post disces-
sum patrum, Cardinales assumpsit qua-
tuor, in quis est Ioannes Dominici, quem
Ragusinum dicunt, vellem melioribus au-
spiciis creatus esset. Nam multa, ni fal-
lor, impendent, pér quæ non esse præ-
stet, quam esse. Vale.

F I N I S.

LEONARDI ARETINI

LIBER TERTIVS.

I.

Leonardus Petro Aemiliano S.

De infelici statu Romanae curiae.

Quo in statu res sint, quantisque agi-
temur, vel potius iactemur fluctu-
bus, te audivisse & quotidie audi-
re scio, & nunc plenius de Zacha-
ria tuo clarissimo viro cognosces. Quan-
quam difficile videtur, rem sic referri à
quoquam posse, ut non multo à veritate
ipsa ac magnitudine turbationis supe-
retur. Ego autem mirum in modum
E s discru-

discrutor, quod non absum, quod non in aliquo urbano, vel suburbano, vel denique in aliqua sylva inter spelunca ferarum abditus hoc tempore lateo, libris studiisque contentus. Quivis enim locus mihi iocundus esset, modo hanc exitiabilem ruinam & cineres ipsos crematae ecclesiae, quos hic degens videre cogor, aspicere non possem: itaque & te felicem arbitror, qui vel dei beneficio, vel singulari providentia tua, iam pridem ab huiusmodi incendio ereptus sis, & me parum fortunatum, qui nunc in ista navicula flustanti, ac pene submersa, una cum cæteris naufragium facio. Super quare te rogo atque obsecro; ut siquid habes quo animum ægrum consolari possis, mihi rescribas, & hunc dolorem vel eruere, vel lenire tua sapientia & facundia conere. Hoc ego à te expecto. Marinum Caravellum, & Zachariam nostrum viros præstantissimos mirifice diligo, sed ut minus frequens quam coniunctio familiaritatis nostræ postulabat, cum illis versarer, temporis conditio & rerum turbulentia coegerunt. Vale, & me diligè, mi iocundissime Petre Aemiliane.

II. Leonar-

II.

Leonardus Nicolao S.

Turbatam curiam Pape esse, seque indicat inopem consilii.

PLures iis diebus à te mihi redditæ fuerunt epistolæ, omnes fermè commendatiæ, quibus si in respondendo tardior fui, ignosce quæso non occupationibus rerum agendarum, quæ nullæ in hoc tempore sunt, sed perturbationi & ægritudini quibus assidue mirum in modum discrutor. Eum quippe in locum res deductas cerno, ut necessarium sit mœrore confici & consternari, amissa iam spe, ac in peius labentibus in diem rebus. Sed iis omissionis, quæ accusari facilius quam emendaris possunt, breviter respondebo. Quantum ad Fesulanum negocium attinet, vacabat quidem ecclesia, sed tamen illi ipsi qui prius tenebat, dabitur incommendam, sic enim in cunctis, quorum memoriam teneo, factitatum recordor. Itaque non videtur hanc curam impræsentiarum suscipiendam esse, & qui aliter existimat consuetudinem mihi crede ignorat. Ego tamen paratus sum quocunque in casu huic studium & diligentiam adhibere, quoniam & iustus vacationis est modus, & non omni-

omnino iniustum desiderium: nam alterum illum, qui per ruinam alterius ad generalem bestialitatem descendere cupit, utinam mihi adefset potestas non modo de monte Carmelo, sed è Caucaso præcipitem deiiciundi. Neminem cognovi adhuc virum bonum, qui huiusmodi pompas & insanias per hanc viam sibi ultro oblatas non repudiaret, nedum ambiendo & flagitando perquireret. Ad 6. Idus Octob. constitui ad aquas petriolanas, lavandi causa proficisci. Eroque fortassis ibi Octobrem totum, deinde constituam quid mihi in futura hyeme sit agendum, si qua ratione explicare me ex hac procellosa tempestate possem, libenter ad vos tanquam in tranquillum aliquem portum me recipere. Nam hic manentem multa undique conturbant, primum istis non obsequor, ut ipsi flagitant, saepe quæ adversus eorum voluntatem contumaciter repugno, nec quicquam exequi volo, nisi quod mea æquitas patiatur. Alii vero præstantes viri, qui nuper secesserunt, meam hanc moram graviter & inique ferunt, præsertim cum collega meus hinc nuper abierit, & quidem insalutato hospite. Itaque utrisque displiceo, istis quod non facio, illis quod non abeo: istis quod non obsequor, illis quod non sequor. In hu-

huiusmodi molestiis constitutus, quo me vertam, nescio. Omnem huiusmodi deliberationem in redditum meum à balneis reservo. Deus bene vertat consilia nostra. Senis 15. Calend. Octobris.

III.

Leonardus Rictio S.

*Quendam esse suspectum male sentire
de Pontifice.*

Vocavit me hodie Card. Senensis, ac vehementem querimoniam mihi adversus Germanum tuum exposuit, quod Burdegalensi Londonis obviam exisset, quod ipsum postea omnium reverentia & obsequio honorasset, quod in praesentia regis & alibi cum multa contra Pontificem dicerentur, ipse praesens & audiens nunquam restiterit, quod literas quae per Pontificem eidem transmissae fuerant nunquam ostenderit, sed tacendo illis calumniis quasi consentientem se praestiterit. Addit etiam per eum esse factum, ut Ioanni Cinicio equiti Britanno, & Methensi episcopo, qui Pontificis favebant partibus, fides derogaretur, detectis eorum consiliis apud regem. Haec omnia se accepisse ex literis Veneti cuiusdam, qui Londonis negotiatur affirmat, à quo com-

commendationes Germani tui s^epius iam suscepit. Itaque non dubitare quin & hæc quæ superius dicta sunt, & alia insuper multa de quibus ille non scribat, contra honorem Pontificis ab eo fuerint peracta. Hæc Senensis ad me, tanquam ad hominem tibi arctiori vinculo coniunctum, cum indignatione quadam exprobravit. Ego quæ pro tempore dicenda videbantur respondi, fecique meo solito more, ut ad mitigationem irarum conatus omneis adhiberem. Sed tu vide quid agendum putas, mihi quidem ad mores istorum & conditionem locorum, in quibus Anconitana ecclesia est, mentem vertenti, maior formido incumbit. Intelligis quid dicam, quare prudenter & mature consilium sume. Ariminæ, Calend. Februarii A. 1408.

IV.

Leonardus Nicolao S.

Docet quibus artibus oporteat uti, episcopatus ambientes à Pont. Romano.

Binas proximis diebus abs te literas accepi, sic tamen, ut quas tu prius dederas mihi, posterius redderentur. In primis quæ hodie redditæ sunt intellecti amici tui, qui ut deo servire sine inopia possit,

fit, episcopatum desiderat opulentum, eximiam cupiditatem & immaturam procul dubio festinationem. Atque ut huic parti ante omnia respondeam, nec amicum tuum, virum utique bonum, sed minime, ut mihi quidem videtur, astutum, spe vanâ deludi permittam: primo scias de privatione illius, quo describis, nullam omnino in hac nostra curia fuisse aut esse mentionem, falsumque rumorem ea de re vestras ad aures permanasse. Illud præterea haudquoniam tacuerim, quod tuam & suam prudentiam effugere non debet, in huiusmodi promotionibus episcoporum necessarium esse, ut aliqua diligens & operosa præparatio antecesserit, per quam animi eorum qui dare possint, ea dispositi sint, ut dare velint: huius ergo præparationis & opportunitæ & necessariæ, & sine qua qui sperat, stolidæ ac vane sperat, in hoc amico tuo ego nihil video: & si per me verbis duntaxat fieri posse credatis in hoc tempore, & in hac tanta Florentinorum civium multitudinæ, quibus aut pro adversa inclamatione medicata, ut ita dixerim, offa, præcludendæ sunt fauces aut pro favore, ac novata opera, gratiæ referendæ, vehementer erratis:

Aude aliquid brevibus gratis & carcere dignum,

acc. l. 1.

Si

Si vis esse aliquid, probitas laudatur & alget.
 Hæc ergo scripsi liberius, ut intelligere possitis aliter per vos super hac re istic vigilandum & providendum esse. Nam quantum ad me attinet paratus sum, sed hoc non satis habet virium in hoc tempore, & in hac tanta Florentinorum tantaque ambitiosorum hominum cupiditate. Quare faciat ipse qui petit, ut aliquo memorabili obsequio, aliquave insigni re gesta nomen eius apud Pontificem commendetur. Medio posuit deus omnia campo, nec sedentibus coronæ, sed pugnantibus traduntur. Quod autem in eadem epistola scribis tibi meum consilium vehementer placere, est id mihi quidem ut ita existimamus pergratum. Sed Nicolaus noster contra sentit. Poggius vero ad utrumque mussat. Itaque illud Horatii dicere non immerito possum :

Tres mihi convivæ prope discordare videntur,

Poscentes vario multum diversa palato.
 Nunc venio ad alias literas tuas. Expecto epistolas quas mihi uberioris, prolixiorisque polliceris, quibus vellem ut de Salutato mihi responderes, quando Poggius noster, ut dudum Apollinis Delphyci oraculum obmutuit. Vale, Arimini, Idibus Februarii.

V. Leonar-

Leonardus Zucharo S.

*Significat qua ratione inter partes se
integrum servet.*

VEllem interdum mihi scriberes, & quæ istic agantur, quæve sperentur notum facere tua solita diligentia cures. Ego Arimini sum, veruntamen ita sum, ut meus sim, & meo arbitrio non alieno vivam. Nihil enim facio, nihil scribo, nisi quantum mihi placet. Placet autem tantum, quantum tu nosti. Nulla adhuc litera mea, ne unus quidem apex conspici potest, de quo quisquam in hac miserabili divisione possit querimoniam adversus me iustum habere. Adeoque nota est omnibus hæc integritas mea, nihil ut omnino mihi quod ad hanc divisionem spectet demandetur, processus, & huiusmodi pestilentias nec legere, nec scribere, nec ubi legerentur scriberenturve adesse unquam volui, quæ res ad utilitatem & gratiam multum mihi obest. Sed obsit quantum vult, semel decrevi, ita fore in curia ut neminem laedam, si hanc integritatem mihi servare liceat morabor: si non licuerit, confessim abibo. Vale 3. Non. Decembris.

VL

Leonardus Nicolao S.

Vetustatis reliquiae Arimini urbis quæ sunt.

Item quid differat civitas ab urbe.

Egisti mecum pro cætera tua diligētia, & vetustarūn rerum eximia cura, ut si quid antiquitatis Arimini reperirem, tibi notum facere per meas literas curarem. Quod postquam intellexi, tametsi antea sponte mea satis accurate, visendi studio, cuncta lustraveram, tamen cognito desyderio tuo circuivi rursus urbem, omniaque perscrutatus sum, & quam diligentissime potui, singula quæque prospexi, ut tuæ quam accumulatissime satiſfacerem voluntati. Est autem Ariminum, ut te ignorare minime arbitor, populi Romani colonia, antiquissima quidem ac celeberrima, sed evenit in hac quod in cæteris antiquis urbibus evenire solet, ut reliquiae ac monumenta quædam vetustissimorum operum conspiciantur, verum ita ruinis quassa, ac vetustate ipsa consumpta, ut nec cuius figuræ, nec ad quem usum fabricata fuerint, quamvis diligentissimus fuispector queat agnosceré, duo tamen notabilia & præstantia antiquorum operum momenta, quæ adhuc pen-

penè integra supersunt digna annotatio-
ne, & visu speciosa tibi, quam minus in-
epte potero, describere conabor. Porta
est sublimis ac magnifica, lapide quadrato
& diligentí artificio perpolita, cùm anti-
quitatem ex litteris superne incisis: con-
iectare licet. Quanquam enim ex parte
quadam disiectæ tamen & consulis men-
tionem habent, & diphthongi quædam se-
cundum antiquam scribendi normam, ut
pro celeberrimis, celeberrimeis, more
Græcorum, qui nonnunquam hūusmodi
diphthongo utuntur, scriptæ legantur.
Eius vero portæ latera turres due acri-
que muniebant, quas tamen, quia non
item ex lapide, sed ex lateritio fuerunt,
iam antiquitas penè totas absumpsi.
Habes unum momentum, nunc aliud so-
cipe, non minus insigni, pons est ex mar-
more ornatissimus atque pulcherrimus,
quem ut literæ ab utraque sponda rotenc
incisæ, divi Augustus & Tiberios condi-
dere. Fieri potest, ut alter inceperit, al-
ter absolverit: vel ut ab altero destina-
to, ab altero sit perfectus. Quocunque
sit, pontis structura est permagnifica, mar-
mora undique decorant. Quatuor in al-
veo pedes habet, arcubus quinque ripas
coniungit, latitudo est sat ampla, ut bi-
næ quadrigæ adversum citatæ, se invicem

nōn impedian, & via insuper ab utraque parte per gradus paulo altiores secundum parietes qua pedibus iri possit relinquatur. Parietes vero ipsi ex marmore sunt per hunc modum facti: Singuli lapides deinceps positi, per latitudinem regni, & à summo teretes, suo tantum pondere moleque subnixi, viam utrinque municiunt, & pontis oras claudunt extremas. Quod autem pro magnificentia eius operis maxime noto, longius transripam ab utraque parte structura pontis eodem ornatu, facieque protenditur, ne mutatio alvei fallere aut circumvenire amnis possit. Via autem à ponte strata fuit lapidibus illis, quibus circa urbem Romam itinera multa strata fuisse cernuntur: exceptaque adhuc reliquæ quedam, lapidesque ex eo genere passim iacentes pluribus in locis conspicuntur evulsi. Ex iis vero duobus monumentis satis aperte iudicari potest hanc urbem priscis illis temporibus maioris ambitus quam hodie sit non fuisse, sed aliquanto etiam minoris. Nam ea ex parte quæ Pysaurum ac Fanum fortunæ spectat, antiqua est porta de qua supra dixi, & ex opposita regione oppidi, qua Ravennam versus itur, pons est Augusti & Tyberii, super flumen quod urbem abluit, aliis rursus ex partibus tam

tem versus mare, quam versus continentem mœnia cernuntur vetusta, à quibus productum esse pomerium constat, & spaciūm antiquæ urbis additamento non parvo amplificatum. Quod si quis forte non putat hanc quam dico paruitatem illi tam crebre apud historicos mentioni ac celebrati huius loci convenire, maioremque & ampliorem fuisse contendat, is cogitare debet, ob opportunitatem potius huius urbis, quæ extremis Italiæ oris sita, Gallisque finitima, accommoda erat, quam ob magnitudinem eius tam frequenter mentionem haberi. Illud insuper considerandum est, quod plerosque non satis eruditos interdum fallit, aliud urbem significare, aliud civitatem : urbs enim est solum ædificia & mœnia ab orbe quo locus cingitur appellata. Civitas autem congregatio hominum iure sociorum, & eisdem legibus viventium. Vnde bonus vir, ut aiunt Stoici, ex urbe quidem pelli potest, ex civitate vero non potest. Ut licet urbs ipsa parva fuerit, civitas nihilominus maxima & amplissima fuisse potuerit. Neque enim multum refert, ut opinor, intra urbem cives habitent vel extra, modo iisdem legibus, unoque statutis consilio vivant, eosdemque magistratus vereantur, muneraque & ho-

nores simul capiant. Perusiam & Are-
tium parvas fuisse urbes ex utriusque an-
tiquis moenibus aperte discernitur, eæ-
dem tamen civitates magnæ & Hetruriz
capita fuere. An credis multitudinem
civium, quæ nunc est cum illa quæ tunc
erat aliquo modo comparandam? Dici
procul dubio non potest. Quid ergo erat
& intra & extra urbem, civitas vocabatur.
In ipsa vero urbe, quod erat præcipuum
civitatis oppidum, fora erant, & iudicia,
& magistratus, qui cum res postulabat,
in concilium cives vocabat. Hoc etiam
nomen ipsum civitatis attestari videtur.
Ciere namque vocare est, inde cœtus, in-
de cives, inde civitas, inde etiam illa com-
posita contio, concilium, conciliabolum,
& alia huiusmodi congregationis vocabu-
la, ex eo dicta quod multitudo varie di-
spersa in unum convocabatur. Qui ve-
ro aiunt civitatem dici, quasi civium uni-
tatem, ii, cum pace eorum dictum sit,
omnino delirant inseitia literarum. Ve-
lim nanque ab ipsis audire, num & parui-
tas dicatur quasi parvorum unitas, &
similiter diversitas & varietas diversorum
& variorum unitas. Probat insuper illa
ratio, quod apud veteres distinctio sit in-
ter cives & peregrinos, non ut hodie fa-
cimus ineptissime quidem, sed tamen fa-
cimus.

cimus. Imperitia enim non solum rerum, sed etiam verborum omnia in hac temporum nostrorum fece confudit, inter cives & comitativos. Peregrinus rex Numa Pompilius Romæ dicitur, quod erat ex Sabinis, licet finitima civitate, tamen aliena, & Ciceronem nonnunquam malivoli, propter immodicam iudiciorum potentiam, peregrinum regem vocabant, quod erat Arpinas origine. Hæc dixisse velim, ut quam diversa sit urbis ac civitatis significatio non ignoraremus, nec admirationi sit nobis, si celeberrimarum ac præstantissimarum olim civitatum parvas interdum urbæ, & quæ tantæ celebritate famæ non videantur respondere conspiciamus. Possem ad hoc multa ex antiquis adducere, quibus ea quæ supra dixi de civitate & urbe manifestissime comprobantur, nisi vererer ne in re manifesta tedium & fastidium prolixitas faceret. Sed regrediendum est unde digressus sum. Tanquam enim si præsens loquerer tecum facultatem quandam evagandi licentius, & de tota antiquitate loquendi mihi assumpsi, putans id tibi plus voluptatis quam molestiæ allaturum: Vrbem igitur Ariminum vetus illis temporibus minorem aliquanto quam nunc sit fuisse apparet, civitatem nihilominus longe

maiorem, ut supra dixi, arbitror fuisse. Ex monumentis autem vetustis duo tibi descripsi, quæ mihi relatu digna videbantur, sed postquam antiquorum monumentorum huius loci facere mentionem institui, & liberius evagari epistola cœpit, non præteribo unum huiusc loci ac pulcherrimum priscae antiquitatis specimen: nec illa inclyta Roma, quæ imperium terris, animos æquavit Olimpo, neque Athene, aut Syracusæ magnifarum quondam urbium ingentes ruinæ, quicquam par aut simile in suis reliquiis habent. Est autem hoc non marmor parium, non lapis Numidicus, non Phydiacum ebur, non Corinthium vas, non statua ex ære aut marmore fabricata, non ædificium, non pensiles horti, non coclea columna, non theatrum, non obeliscus, non signum, non tabula, non toreuma res mutæ quidem & puerorum oblectamenta: sed præstantissimorum virorum, eorum dico quos stupidi legentes admirari, & quorum memoriam venerari solemus, vivam & animatam effigiem, virum enim præstantissimum, & mihi crede, qui quam lentus ac diffidens laudator esse consuerim non ignoras, virum, inquam, præstantissimum ex illo prisco genere hominum in hac urbe inventum, Carolum Malatestam, principem huius

ius civitatis. Quem ego quotiens intueor, totiens mihi aliquem Marcum Marcellum, aut Furium Camillum, invictissimos bello duces, & eosdem in pace mitissimos atque optimos viros, legibusque obtemperatissimos videor intueri. Crede mihi Nicolae, non te fallo, neque ipse fallor. Nunquam vidi hominem, qui magnitudine animi & ingenii præcellentia, aliisque summo duce dignis virtutibus ad antiquos illos illustres viros propius mihi videtur accedere. Nec tamen nunc à me in hoc viro tibi recensendo laudationem oratoriam & dicendi artificium expectes. Illis enim huiuscemodi ornatu opus est, quorum virtutes ac res gestæ satis per se ipsas formosæ non sunt, ut mulieres videmus illas maxime fuco, ornatuque inniti, quæ sua ac vera pulchritudine carent, præterea nec tempus, nec propositum meum, nec epistolalis brevitas patitur, ut nunc per rethorum præcepta discurrere, & panagyricas commendationes excerpere. Itaque illa prætereo quæ de generis claritate, quæ de amplitudine ac gloria maiorum, quæ de fortunis ac facultatibus cæterisque huius generis verissime & accumulatissime possem, si iis demonstrandis occupatus esse vellem, referre. Quid enim attineret splendorem fami-

familiae cæteraque huiusmodi in huius laudem adducere cum ipse quocunque in loco natus fuisset, propter egregias virtutes sibi ipsi fuerit nobilitatem, gloriam & amplitudinem pariturus. Illud tantum breviter & summatim dicam, & clarissima huius familia præstantissimis ac summis viris continua successione refecta, sic omnium superiorum virtutes dei munificentia in istum collatas, ut quicunque in ea familia aut consilio, aut magnitudine animi, aut strenuitate, aut iustitia, aut liberalitate conspicuus fuerit, in hoc uno tanquam legitimo omnium successore cunctæ huiusmodi superiorum suorum præstantissimæ dotes appareant. Est enim, ut mihi quidem videtur, prorsus mirabile, quam multis ac variis rebus hic princeps excellat. Et primum in rebus bellicis quanta hic vir gloria sit, quantumque iudicio omnium, qui rei militaris peritiam habent, excellere putetur, consentiens omnium fama testatur. Extantque res ab eo gestæ magnæ quidem ac memorabiles & ab ipsa adolescentia continuatis victoriis feliciter confectæ, in quibus & generosa celsitudo cordis ad pericula capessenda, & inter ipsa pericula invictum corpus atque animi robur apparuit: Rursus ad pacem, atque ad eas res, quæ fine armis

armis geruntur, si te vertas, invenies consilii maturitatem, & prudentiam singularem. Quæ in hoc uno tanta est quantam & accumen excellentis ingenii, & multarum & maximarum rerum tritus & diutinus usus maximam in homine efficere potest. Accedit ad hæc illud meo iudicio mirabile, ac nescio si recte dixerim, stundendum, quod vir in iis rebus quæ à studiis abhorrere videntur occupatissimus, tantum literatura & doctrina pollet, quantum parari aſsequuntur, qui universam ætatem in huiusmodi studiis posuerunt: His adiicias illa præclara, sine quibus omnis præstantia in principe deformatur, modestiam, honestatem, mansuetudinem, tranquillitatem, religionem, sañctimoniā, integritatem, & hæc omnia egregia. Est præterea tanto naturæ munere, ut ad singula præcipue natus videatur, celerime legere, versus facere. Soluta oratione eleganter dictare, & quod in robustissimo corpore mirandum est, nec ipse de eo scriberem, nisi de diu Augusto, ac divo Tito Vespasiani filio idem legisse, ita venuste propria manu scribere, ut omnes librarios vel æquare faciliter vel superare possit. Itaque haud facile dixerim robustior an doctior corpore, an mente validior atque aptior, iustior an ingeniosior sit

sit existimandus. Sunt insuper qui felicitatem eius ex successibus rerum bengestarum magnifice extollant, quod equidem tribuendum puto tamen industria summi viri, tum eiusdem iustitiae ac pietati: verbum est enim Furii Camilli, omnia prospere evenire sequentibus deos, adversa spernentibus. Nolo quenquam ex antiquis præstantibus viris in contentiōnem adducere, sed certissime confido cum de vetustis rebus à me quæsieris, hoc specimen antiquitatis nequaquam fuisse prætereundum. Vale Arimini, Decimas Calendas Martias.

VII.

Leonardus Petro Aemiliano S.

*Excusat se quod non frequentius
scripsicerit.*

O Pinor tibi non satis manifestam solum verum etiam satis probatam esse causam cur per hosce menses ad te scribere haud multum properarim. Cum enim epistolarum officium sit ut absentes de iis rebus quæ apud nos geruntur certiores faciamus, atque ego apud eos degarem, quorum opera ac voluntates à te minime probari sentiebam, committendum non censui ut literæ, in quibus præser-

fertim nihil utilitatis ad corrigendam
 emendandamque rem P. inesse poterat,
 aliquid aut suspicionis, aut offensionis
 contraherent. Scis enim quia ubi adver-
 sus quempiam infensi sunt animi, omnis
 omnino communicatio, etiamsi nihil ha-
 beant nocimenti, molestissima est. Quam-
 obrem interimisi equidem ad te scribere,
 cum tamen amor erga te meus nullam in-
 termissionem charitatis aut benevolentiae
 pateretur. Nunc autem quoniam ex ea
 loco, in quo nihil aliud quamvis quod-
 dam familiaritatis me detinebat, decreto
 Florentinæ civitatis revocatus sum, & iam
 sine cuiusquam offensa scribere posse vi-
 deor. Dabo operam, ut quam interca-
 pedinem abstulit conditio temporis hanc
 iam liber & omni solutus cura animus
 exuppleat, hoc item à te qui iisdem ut
 eppinor, rationibus adductus, longum
 mihi literarum tuarum silentium præsti-
 tisti, nunc submota causa, censeo facien-
 dum. Sic & quod intermissum est assi-
 duitate crebritateque faciliter instaurabi-
 mus, & non longi temporis incommo-
 dum longa atque continua commoditas
 liniet. Vale.

VIII.

Leonardus Antonio S.

Qualis veri magistratus animus, qualisque corrupti.

INgentem voluptatis partem peregrinatiunculis meis defuisse existimo, quod nec Florentiae, nec Aretii tecum esse potuerim, sed alternatis temporibus dum ego Florentiam venisse, tu Aretii fuisse, dum rursus Aretium peto, tu Florentiam remigraris: super qua re vix est ut non putem mihi fortunam invidisse, & cum cætera, ut optabam, præstaret, hoc unum denegasse, ne cupiditas mea penitus impleret. Valde tamen molestius mihi fuit te Aretii non invenisse quam Florentiae, primo quod non quemadmodum Florentia Aretium, sic Aretio Florentiam petiturus eram. Deinde, quod licet prius esset apud me firmissima de tua probitate constituta opinio, tamen ita magnas & egregias laudes admirabilium virtutum tuarum, in ea civitate quæ te proximo semestri cum imperio præsidentem experta erat, audivi, ut longe magis inflammatus sim ad benevolentiam ac charitatem tui: itaque valde angebar animi facultatem mihi ademptam tibi præsenti

c ve-

è vestigio gratulandi, fuit enim profecto
virtus omni tempore admiranda, sed æta-
te nostra tanto magis quanto bonorum
virorum penuria est, maior præfertim in
magistratibus, ubi propter licentiam pec-
candi abstinere se difficilius est, plerisque
enim non tam voluntas malignandi deest,
quam facultas, cui vero cum licuerit non
libuit in eo cognita & spectata est bonitas.
Enarrare quidem non possem quantoope-
re universam civitatem in te convertam
reperierim, quam amplissimis commenda-
tionibus te ac nomen tuum ubicunque
fermo inciderit, prosequantur, quam sa-
tiari nequeant tuam iustitiam, integrita-
tem abstinentiam moderationem, huma-
nitatemque memorantes. Præterea illæ
quæ tibi communia sunt cum multis.
Hoc vero egregium, & ut nunc sunt mo-
res, maxime luculentum, quod te unum
fuisse aiunt ex illo sanctissimo genere ho-
minum, qui non putares prædam tibi con-
cessam cum gubernatio subiectorum de-
mandaretur. Qui non vexationem &
spoliationem hominum tuæ ditioni pote-
statique mandatorum, sed tutelam & sub-
levationem tibi commissam arbitrarere.
Nolo quenquam meis literis attingere
nec ex aliorum malefactis virtutem tuam
extollere, sed tamen vereor, ne ea de-
cau-

causa hæc à te observata homines in admirationem converterint, quod rarissima sint huius probitatis integritatisque exempla. Nam usque adeo conversa est res, tantumque potuit cupiditatum venia, ut impunitatem & prædam se natos existiment, quibus magistratus & imperia committuntur. At si vera fateri volumus fastes & secures nostri temporis nihil aliud sunt quam mercimonia, vel potius latrocinia quæstus & rapinarum causa sceleratissime comparata. Itaque illi maxime iustitiam violare didicerunt, quibus ad iustitiae tutelam publice arma gladiique traduntur. Quo quid perversius esse possit, non euidem intelligo. Natura enim comparatum est, ut in rectoribus præponendis populorum tantum queratur utilitas, punire maleficia, facinorosos abterrere, discordias tollere, de commode eorum qui reguntur cogitare, rapinas, damna, iniurias, contumelias non solum inferre, sed etiam ne alter quisquam inferat prohibere, abstinentia, & integritate in omnibus uti: quid ergo sclestius, quid proditioni similius, quam ut ea facias ad quæ prohibenda custos præfectus sis. At enim quid sibi habebitis qui magistratum gerit? Annon aliud quicquam nisi laborem regendique molestias?

stias. : Habet profecto, & quidem rem
maximam omniq[ue] pecunia lucroque po-
tiorem, id autem erit honor & gloria, ad
quam omnis pecunia comparata vilescit,
cui autem hoc non fatis est is nunquam
bonus erit gubernator. Recta igitur par-
ticio fuerit, ut qui reguntur utilitatem,
rectores autem honorem percipient, quod
& ipsa quæ feruntur instrumenta decla-
rant. Quid enim quæsto parant homines
magistratum inituri, vexilla credo & equos
& stragulam, vestem sagulaque & parmas,
& lofos, ac cætera eiusmodi, quæ quidem
omnia non pecuniæ captandæ, sed splen-
doris ac magnificentie sunt instrumenta.
At enim mercator quæstus gratia profi-
ciscens nil tale secum defert, sed libros &
calculos lucri. Igitur & honoris quæ-
rendi diversa admodum ratio est, diversi-
que apparatus, quæ duo nunc plerique
confundunt, ad lucrum & pecuniam cun-
cta referentes, perinde in magistratibus,
ac in mercimonii quæstuosi. Tibi igi-
tur gratulor qui verum iterum ingressus
non quantum pecuniæ, sed quantum lau-
dis ex magistratu referres cogitasti, quem
neque cupiditas animi ab ratione distra-
xerit, neque superbia ab æquabilitate.
Itaque non iam alium tibi ad imitandum,
proponam, sed ut te ipsum imiteris exhor-
tor.

tor. Nihil enim tibi deerit ad laudem, si te posthac præstiteris quam similimum tui. Vale.

IX.

Leonardus Ruffo S.

Magnam multitudinem Pisani concilii () esse.*

AD tertias nonas Apriles cum Pisas venissem obediens patribus qui per crebras me literas vocarant, offendit rem concilii opinione maiorem, ita frequens multitudo convenit, & quidem excellenterissimorum hominum, tamque in dies singulos cumulatur, omnibus undique confluentibus, ut vix sufficiet hæc urbs magnitudini conventus videatur. Collegio autem patrum nihil humanius, nihil vigilans. Expectantur Brittanniae episcopi, qui cum Burdegalensi propediem affuturi dicuntur, processus interea legitimati fiunt adversus Pontificem nostrum. O rem duram, sed tamen necessariam, quando ille post malos suasores abiens, missa iurataque contemnit. Allamanum archiepiscopum Pisanum, propinquum tuum, hominem omni laude dignissimum

(*) in quo depositus A. m. g. Gregorius XII.

sumum convenio frequenter, ac de te sermo nobis creber est. Hæc tibi scripsi potius ut literas tuas elicerem, quam ut quicquam haberem, quod magnopere nosse te vellem. Tu nihil aliquid prolixius rescribas, rogo præsertim de studiis tuis, quæ multo malim quam acta concilii perdiscere. Vale Pisis.

X.

Leonardus Nicolao S.

Quædam vetusta exemplaria amicum suum reperisse.

IN hac ipsa hora cum tibi scribere pararem, literæ tuæ mihi redditæ fuerunt, primo igitur dicam, quid dicturus eram, deinde tuis respondebo. Bar. Cremonensis. mihi hodie affirmavit, se Ciceronis epistolas ex vetustissima litera reperisse. Contempsí primo, mox cum magis magisque asseveraret, confessim domum eius visendi studio me corripui, quo in loco mihi ostenditur volumen antiquissimum, sane ac venerandum: Sed dum avide evoluta ac singula scrutor invenio epistolas ad Brutum, & ad Q. fratrem, eas videlicet ipsas quas habemus, & septem duotaxat ad Atticum libros, fuit id minus quam optaram: Sed tamen oppinor al-

G 2

quan-

quantulum inerit luce ad nostras emendandas. Illud satis constat, quas antea habuimus ex eo volumine non fuisse transcriptas, cum ibi non plures quam septem ad Atticum libri, nos vero, ut opinor, quatuordecim habemus. Nonum Marcelum dicit se iudicis expectare. Hæc tibi nota facere constitueram prius. Nunc ad literas tuas. De libro eligendo utrum vis eliges, bene erit, & quos meo nomine habes habebisve, quæso diligenter conserva. De Augustiniano autem negocio literas ubiores expecto. Gorgiam per hunc Rictii puerum tibi mitto: Tu si comode fieri potuerit, dabis operam, ut quam celeriter transcribatur. Vale pistori Calend. Novembrib. Vale.

XI.

Leonardus Nicolao S.

Præter alia quæ hæc continet, scribit se nolle religiosum iuvare ut monasterium relinquat.

VAlde cupio meæ, ut aliquando literæ tibi fastidio sint, non ob inconcinnitatem, nam id avertat Iupiter, sed ob nimiam crebitatem, quod tamen nescio an unquam continget. Guarrinus tibi præsto aderit quem præsentem intueri ac perspice-

spicere licebit. Expertas iudicium meum. Ego & alias scripsi ad te, & nunc magis etiam confirmo, eruditissimum mihi videri, & quem tu probare non immerito possis. Illud permolestum est, quod miles libros attulit nulos, graves esse putavit; ipse vero decreverat nihil praeter levitates secum afferre. Itaque illos omisit, vestes autem nequaquam gravi homine dignas attulit. Quare populus concursat, curia ridet, ego digito compescor labellum, & quo me vertam nescio, vereor enim, ut nunc mores sunt, ne ut olim Chaldæi ex urbe Roma, ita nunc Græci ob has ineptias è curia pellantur. Mitte quæso eos quos iampridem flagito codicillos, pro religioso autem illo qui religionis pertæsus exire cupit, miror te usque adeo vehementer anniti. Quasi vero eius deaderium aut honestum, aut tolerabile videri possit. Nam quod catifas allegat, velamenta quidem illa sunt inconstantiæ & vacillationis, quæ quem tu hæc eadem allegare non putas? Itaque ne m' roga quæso. Sed sive rogabis, sive non, ego tamen nihil agam. Vale.

XII.

Leonardus Poggio S.

De suarum nuptiarum impensis & magnificencia.

AD XV. Calendas Apriles Aretio rediens deflexi iter in patriam tuam, ibique parentes tuos vidi utrosque sanè incolumes. De sorore autem nuper nupta, itemque de cæteris tuis prospera mihi retulerunt. Itaque summatim tibi scribere possum, more maiorum, recte sunt apud te omnia. Inde Florentiam reversus, suscepi abs te literas, quibus & si longioribus vigiliis ita confectus sim, ut dormire quam scribere præstet, tamen ut potero respondebo, primum igitur quod Zucharum nostrum virum omnium suavissimum, facete ut solet, dicitare scribis me quidem ut matrimonium consummarem abiisse, se vero remansisse ad matrimonium consumendum id aperte scias, verum non esse. Ego enim non matrimonium duntaxat, sed patrimonium insuper unis nuptiis consumpsi. Incredibile est quam multa impendatur iis novis, & iam ad fastidium deductis moribus. Nec ego nunc sane de convivis loquor, quanquam acta est illa res à me non tibiis dispa-

disparibus, ut est apud comicos, sed paribus, nec unis sed pluribus. Et aderat insuper Pincius cytharedo nobilis, meministi, opinor eius, qui apud mulieres quandoque in conviviis quærebatur, quod illæ federent cum Pincius erectus staret. Hinc tu frequentiam existimare potes, vacue feci forum & aromaearias tabernas, cocos, farctores, aucupes, notos & ignotos pariter fatigavi. Verum hæc licent sint signa tamen non sunt magna, propterea quod rumoris plus habent quam impensæ, & plus strepitus inferuntur quam damni. Sed illa intollerabilia, quæ vestitu, mundoque muliebri nullus est finis. Vellere ut Romani isti tui quibus ex vetera gloria nihil præter inanem iactantiam remansit, aurum, argentum, purpuram, margaritas, cæterumque ornatum Florentinarum mulierum conspicerent, ut desinerent aliquando tam absurde de se ipsis opinari. Sed hæc Zucharus vester efficacius redarguet. Nos ad reliquam partem literarum tuarum accedamus. Quod enim queris quemadmodum appellare me in hac nova militia debeas, res gestas meas tibi breviter exponam, tu postea ut dignum putaveris vocitato. Similitariter loqui oportet, quoniam & tu hanc novam militiam dixisti, sic accipe, Castra ad quæ capien-

capienda veneram, prima vigilia adorans
expugnavi, victoria fuit non ineruenta.
In illis ego castris nunc in sidio, quanquam
die quidem vigor lacissime, nequem tam
men in illa ipsa castra reversus pervagil ea
custodio. Itaque tu sive ducas, sive tri-
bunum, sive ceaurionem, uci libet appella.
Si tamen audies me, caligatum mili-
tem vocitabis; non à caligis, nam illas le-
tum ingressurus statim depones, sed à ca-
ligine oculorum, sic enim iam vigilavi, ut
singula mihi prospecta bina videantur.
Vale, & Zucharum nostrum meo nomine
saluere iubeto. Iterum vale, Florent. 15.
Cal. Apriles.

XIII.

Leonardus Nicolao S.

*De quibusdam verbis quomodo reddat lati-
ne dubitat.*

Quotiens abs te literas suscipio, totiens stimulos suscipio ad studia li-
terarum. Etenim studia mea in hunclo-
eum deducta, in quo neque socium ali-
quando, neque peritum earundem rerum
invenire possunt, fatiscerent utique, ac
veluti arescerent, nisi tu per tuas literas
veluti faces quasdam refrigerato ingenio
admoveres. Per hos igitur dies cum ocio
abundarem, orationem Aeschini in Ctesi-
phon.

phantem latinam feci, utinam adesset, ut
unum illam legeremus, & utilitas quidem du-
plex proveniret. Nam cum per se ipsa
est lucuenta, multisque rethoricis orna-
mentis pieta, tum oratio illa Demosthe-
nis, quam olim converti, quia hinc re-
spondet, multo erit illustrior ex huius co-
gratione. Quo enim pacto excusatio pia-
ceret potest, si accusatio ignoretur. Hanc
ego praetuli Ciceronis vita, quod ipsa ora-
toria, nescio qua ratione, me plurimum
oblectant. Atque ut totum scias, librum
hic habeo nullum praeter haec ipsa quae
converto, eaque res mihi interdum ob-
est. Nam saepe de verbis ambigens, ad
quem recurrat habeo neminem. Heri
me suspensum habuerunt duo, de quibus
te librorum divitem consulam ἄρας Græ-
ci dicunt, ut ita loquar, maledictionem, id
verbum mihi non placet, quia nec ele-
gantiam, neque dignitatem, neque sonum
habet. Dixi igitur imprecationem. Tu
vide, quæso, Livium, ubi fœdera perfecia-
les solennibus verbis peragit. Ibi op-
nor aliquid invenies, quod nobis ad ex-
pressionem huius verbi sufficiat. Præ-
terea ἔνοικες Græci vocant eos, qui aliquo
terribili maximoque deorum iudicio sic
affecti sunt, ut nec ipsis, nec qui cum il-
lis versantur prosperum quicquam esse
pos-

possit. Hos mihi quo nomine appellem, non sane occurrit. Nam pollutos aut infaustos dicere non omnino placet. Tu vide, & sapientiores, id est, libros consule. Literas Cautii nostri legi gaudens, Capram nostrum esse non incolumem modo, verum etiam in culmine, postquam haec scripseram, occurrit mihi, ut pro ~~āga~~ execrationem diceremus, id opinor bonum fuerit. Vale.

F I N I S.

LEONARDI ARETINI LIBER QVARTVS.

I.

Leonardus Nicolao S.

*Amicitiae vinculo quosdam iungere
studet.*

CVm Ioanne præposito Insulensi, qui aliquot menses apud nos fuit à rege Francorum legatus, viro humanissimo atque doctissimo magna mihi familiaritas est. Itaque non potuit, cum me cognoverit, te pro nostra amicitia ignorare. Multa saepius de me audivit per

per quæ, licet te nunquam viderit, tamen & ingenium & suavitatem tuam agnoscit. Cupitque tecum indelebilis amicitia fœdera ferire, non cæsa porca, ut reges illi prisci, sed cæsa & trucidata pedantaria, cuius ipse omnino non est expers. Hunc igitur virum obsecro humanissime suscipe, & bibliothecam tuam ostende, ac cæteris officiis tuis prosequere. Cum enim multa sæpe, ut dixi, audierit de me, cupio ut talem experiatur qualem sermo te meus illi pollicitus est. Vale, ex urbe Roma Id. Januarias.

II.

Leonardus Nicolao S.

Autoris peregrinationis ab urbe Roma Constantiam usque descriptio.

Si quæ hic agantur, quæve dicantur, te curare putarem, scriberem, acta Concilii, (*) & quotidiana rerum commentarios. Sed si te bene novi, tu eiusmodi mentis es, ut non modo non cures ista cognoscere, verum etiam interesse tua arbitris, hæc, ut tu appellare soles, tædia & deliramenta hominum ignorare. Est autem, ut invitantis opus ad gustum conviva-

(*) A. C. 1414.

vivarum epulas querere, sic scribentis ad amicum convenientem eius desyderio manum sumere. Quando igitur tu quidem delicatior es, nec quæcunque cibum stomachus tuus admittit, multa etiam quæ aliis placent fastidit, paremus sane epulas gustui tuo gratas: & quoniam nostratio ista contempnis, peregrina tibi obsonia conquerramus. Nihil itaque tibi per hæc tempora magis placitum arbitror, quam si peregrinationem meam tibi perscripsero. Accipe. igitur non totam quidem, nam id quid expedit, sed ab Italia Vernalam ad 5. Calend. Decemb. cum satis mane venisse, ibi eam diem visendæ urbis gratia, sunt enim nonnulla antiqua & digna visu, commoratus. Postridie prima luce secus Athesim fluvium contendi ad alpes, ut igitur ad eum locum pervenimus, quomodo Athesis in plano Italæ exit campis, mirabilis prorsus res mihi visa est, via siquidem profundissima atque arctissima inter duos montes, quasi de industria naturæ secata, per fauces strictas ac sinuosas emanat alpestris sane & superbus, ita ut murmure aquarum & impetu gurgitis protervos & immanes earum gentium mores à quibus fluit, imitari videatur. Inter fluvium & dexterum montem vix tantum itineris est, ut singuli equites, ad plus ut

ut singuli curri possint transire, à sinistra
vero perstringens gurges montem avium
facit, hinc atque hinc vastæ rupes, gemini-
que minantur in cœlum scopuli. Eadem,
post ingressum longo itinere facies est,
impendent enim hinc atque hinc mina-
cissime rupes, profundus amnis inter eas
labitur, via per angusta inter rupes & al-
veum, cœlum veluti ex alto conspicitur,
montes saxa habent, durissima quidem at-
que asperrima, imo ipsi toti montes nihil
aliud sunt quam dura filex, & marpesia
cautes. Cedant iam Ciliciæ pilæ, cedant
Caudinæ furcæ, Romana clade nobilitatæ.
Satis enim superque mihi constat, vel
unum homunculum superne stantem, &
saxa volventem universorum Gallorum &
Germanorum impetum, si transire conen-
tur inhibere posse, per hanc vallēm biduo
profecti Tridentum pervenimus, urbem
pro natura loci satis amœnam. Nam &
supra & infra paulo patentiorem habet
campum, & flumine ipso non indecorè
abluitur. In ea illud merito quis mire-
tur, quod viri mulieresque, & cætera mul-
titudo intra una mœnia constituti, alii Ita-
lico, alii Germanico sermone utuntur, ut
quisque enim regione urbis habitat vel ad
Italiam, vel ad ulteriorem Galliam versa,
ita aut nostra, aut illa utitur lingua. At-
que

que ego credo evenire, ut in contionibus & publicis consiliis, aliæ nostro, aliæ barbarico sermone ab unius civitatis cibibus sententiæ dicantur. A Tridento aliquot milia passuum profectos, quidam mos barbarorum nos vehementer turbavit. Est autem talis, multa per rupes quæ fluvio imminent castella sunt, ea tenentur à nobilibus, ut igitur viatores paulo plures numero conspicantur, cum iam illi castellis subsunt, repente extra arcib. cornua sonant, & quam maxima fieri potest, multitudo hominum ex mœnibus & propugnaculis clamorem barbarum & hostilem ululatum extollit. Subita igitur percussi homines, plurimum trepidant, nec est quisquam ita constantis animi, qui non ea novitate moveatur, præsertim in locis vel de industria ad latrocinandum electis. Hunc morem barbarum & immanem illi valere putant ad custodiam rerum suarum, magisque ab iniuria temperaturos homines, si iam conspecti & declinati se observari existiment. At ego mihi per hostilem terram iter facere videbar, saepiusque illud subibat animum:

*Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco crepuerunt cornua cantu.
Sed ad rem redeamus. Ex Tridente Tra-
menum venimus, vicum pulcherrimum
atque*

atque beatum, in sinistro monte trans amnem positum. Scopuli tamen superne terribiliter imminent: vicus hic famosus est multitudine vinetorum & Baccho, ut videtur, imprimis facer. Sunt enim ita multa vineta, ut nullo unquam in loco plura conspexerim, solum ipsum in quo consistae sunt vites quibusdam in locis sic album est ut nivi simillimum videatur. Id ex eo accidit, quod mons superne impendens marmoreus est. Itaque marmor confractum & in frustra decisum terram ubique contegens albentem loci faciem reddit, vini apud Tramenum copia tanta oritur, ut in transalpinas usque partes abundantiam afferat. Inde Meranum devenimus, quod oppidum an vicum appellare debeam, nescio. Omnia quippe sunt ad urbis sufficientiam, praeterquam quod moenibus caret. Id & Tramento & Marano opulentissimis locis eo accidere puto, quod ita præruptis rupibus subsunt, ut muro circundari non possunt, à Marano secus Athesim profecti tertia die ad iugum pervenimus, via est inter duos vertices leviter acclivis. Summitas planiciem habet, duosque subinde lacus parvo inter se spacio distantes. Aquarum divortia ex eo loco fiunt. Ex altero enim lacu Athesis oritur, qui in meridiem vergit,

git, ex altero, qui Germaniam versus aspicit; fluvius manat, qui Danubium influit. Inum accolæ vocant, descensus ex eo iugo longo difficilior fuit quam ascensus, via præcipiti & arcta, ac quibusdam in locis manufacta longo anfractu per præruptas rupes, quasi in baratum ducit. A dextra parte viæ mons ingens impendet, à sinistra præcipitia sunt vel aspectu formidanda. Abietum sursum deorsumque incredibilis multitudo. Pinus insuper sylvestris, cupressus, fraxini, fagi, orni, ac omne genus sylvestris materiæ. Ab eo iugo biduum per valles profundos ac difficiles sub ipsos montes profecti, ad aliud rursus iugum pervenimus, aquilæ montem barbari vocant. Huius montis transitus longe omnium difficillimus atque asperrimus fuit. Nam præterquam quod semper scandentibus arduum iter habet, tunc nives omnia texerant, quarum plenisque in locis altitudo supra viginti pedes erat, semita per medias nives plantis viatorum impressa non amplius uno pede lata deducebat, per eum callem homines facile gradiebantur. Nam & leniores sunt, & pedetentim incedunt. Equi vero misere ac laboriose per frenos ducebantur, qui si uno vel altero pede semita excedeant, in profundam nivem prolapsi immersi.

mergebantur, nec nisi cum summo labore & periculo eximi poterant, & ad semi-tam reduci. Hæc difficultas tribus fere passuum milibus continuo afflixit nos, donec transgressi iam verticem descendere incepimus, ut vel in eo universa huius itineris pericula difficultatesque constituisse affirmare ausim. Est autem latitudo alpium qua nos iter fecimus à faucibus Athesis, quas supra demonstravi ad transalpinum completum descensum, milium passuum circiter ducenta. Tanti autem nontes, tanti scopuli, tam crebra & continuata dorsa, tanta cacumina atque fastigia, tantæ magnitudines ubique insurgunt, ut valde mirandum videatur, quid parens illa & fabricatrix mundi naturam eas fecit sibi voluerit. Me quidem eternas illas ac perpetuas moles intuens horror quidam & religio frequenter labebat, & nunc item sine horrore meninisse non possum. Post transitum alpium viginti milia passuum profecti in oppidum venimus nomine Vvalchirchium, id est opulentum atque urbanum. Edificia habet speciosa, vinetis & pomis plurimum abundat. Inde postero die profecti procul ab eo loco septem milibus passuum Rhenum transivimus. Flumen heni oritur in alpibus non longe ab eo

loco quo nos transitum fecimus ex fini-
stra manu, sed mox ad dexteram vergens,
& suo gurgite & multorum fluviorum in-
crementis adiutum ingens & robustum
decurrit inter orientem & septentrionem
recto alveo conversum. Aquam habet
medii coloris inter cæruleam & viridem,
cursum rapidum, alveum arenosum, so-
lidum, tamē ita ut pedibus pressus vesti-
gio non signetur. Nam ad ulteriorem
ripam transvecti dextrorsum relicto amne
per longam planiciem ac palustre solum
ad castellum venimus nomine Rinetium.
Ibi rursus præterfluentem Rhenum offe-
dimus. Nam veluti pertæsus prioris iti-
neris, mutato consilio, inter septentrio-
nes & occasum magis declinat, ac paulo
infra castellum stagnans lacum facit. Hæc
cum audissem, videndi desiderio ductus,
equis & familia per terram præmissis, ipse
scapha piscatoria conducta, per fluvium
ac per medium lacum Constantiam trai-
ci. Lacus est omnium amœnissimus, mul-
taque castella & vicos undiquaque per ri-
pas habet, aqua nitida, fundo glareosa ac
multiplies, sed pro tanta aquarum ma-
gnitudine non admòdum copiosus. Vi-
gintiquinque milibus passuum in longi-
tudine patet, latitudo alibi ad decem,

bi

bi ad quindecim milia passuum extendit-
tur. In infima lacus parte Constantia est,
urbis non magna, sed opulenta atque for-
mosa. Eius prope mœnia Rhenus lacum
emergens, rursus in alveum redit. In eo
pons est, qui ab ipsis urbis porta ad Ger-
manos pertinet, ultraque pontem crebra
ædificia secus alteram fluvii ripam. De
Constantie antiquitate & origine cum sæ-
pe à quibusdam civibus quæsissem, nemo
adhuc mihi occurrit, qui vel avi sui no-
men & memoriam, nedum urbi tenere
videretur. Ego tamen cum diligentius
perscrutarer, tabulam inveni marmoream,
vetustas literas continentem, ex quibus
apparet à Constantio Constantini patre,
qui à Diocletiano & Maximiano Cæsar di-
ctus est, hanc urbem nomen cœpisse, cum
prius Vitudura nuncuparetur. Hanc ta-
bulam nemo Constantiensium legere soit,
tenetque vulgus opinio, esse sanctuarium
quoddam præcipue religionis. Itaque
mulierculæ & cætera imperita turba fri-
candis per eam manibus iam literas pene
totas ex tabula deleverunt, cum tamen ibi
scripta sint non sanctorum Christi, sed
persecutorum Christianæ fidei nomina.
Mores quoque & instituta civitatis, nam
ea quoque res ad peregrinationis histo-
riam attinet, exponere conabor. Singu-
lis

lis annis unus ex civitatibus suffragio crea-
tur, apud quem summa potestas cum im-
perio sit: hic non publicis ædibus, sed in
privata domo sua & consueta habitat. Si
quando per urbem incedit, lictores habet,
virgas manu ferentes. Cætero autem ha-
bitu nihil à reliquis differt civibus, hic
in caput uniuscuiusque animadvertendi
potestatem habet, si de homicidio, de fur-
to, de rapinis, de beneficio, de adulterio,
ac de cæteris criminibus agatur, astant in
consilio ii, quos civitas deputavit: rei ipsi
in vinculis adducuntur, ibi & accusatori-
bus & defensoribus dicendi contra reum
& pro reo facultas datur. Auditis omni-
bus in sententiam itur. Si reus damne-
tur, lictores magistratus suppicio affi-
ciunt. Eodem modo de civilibus causis
cognoscitur, apud hunc magistratum &
eius consilium, quia liberam iudicandi
potestatem habet oratoria, facultas, plu-
rimum valet. Itaque si qui diserti repe-
riuntur, ii advocati in civilibus & crimi-
nalibus causis adducti plurimum & gra-
tia & dignitate in civitate possunt. Vni-
versa hæc civitas in duo genera divisa est.
Alii enim sunt equestris generis, alii ple-
beii. Plebei mercaturis & officinis in-
tendunt. Equites veteribus patrimonio
contenti redditibus aluntur, & equestrem
digni-

dignitatem observant. Si quis plebeius dicitur factus, ad equestrem locum pervenire conatur, ei nullo modo licere putant, nec nobilitas quæ in eo prophanari & pollui dignitatem suam arbitratur, hoc eum facere permittit, ita per longa tempora uterque ordo in suis finibus consistit, cum equites ad mercaturas & sordidiora munera declinare inturpissimum sit, plebeio autem ad equestrem dignitatem se attollere nullo modo liceat, nec nobilitas patiatur. Gubernatio tamen reipub. communis est plebeis & nobilibus. Vale, pridie Calend. Ianuarii. Ex Constantia.

III.

Leonardus Poggio S.

Ex hac epistola colligi potest rerum confusio Constantiensis Concilii.

Calendis ipsis Ianuariis, dum unà cum Nicolao nostro mulierum catervam, quæ apud templum convenerat, ex consuetudine viseremus, literæ tuæ Idibus Decemb. Constantiæ scriptæ nobis redditæ fuerunt, uno eodemque fasciculo ligatæ, eas confessim, posthabita visendi cura, ad ipsas templi valvas, nam intus quidem tenebrosius erat, cum perlegisset iocunditate magis & salibus tuis exhilaratus

tus sum, quam rerum ipsarum quæ à te
significabantur, confusione permotus. &
si enim tam longa intercesserit mora, ut
non maturitatem iam rebus, sed putredi-
nem sanè debuerit attulisse, tamen quo
longius dilatus est, eò celerius finem ex-
pecto. Molestissimam tamen esse tibi
hanc nimiam tarditatem nequaquam ad-
miror. Nempe ex molestia mea, qui hic
in lectulo sedens expectando, discrutor
tuam & aliorum qui istic, ut vere dicam
tabescitis, sæpe metior anxietatem, qua
quidem in re prudentiæ fuerit rùæ ita, ut
te facturum scribis, tolerantiam adhibere.
Senatum vero nihil consuli timere, mul-
to molestissimum est mihi, doleoque & in-
dignor huiusmodi dignitatis homines in
hunc contemptum esse dilapsos. Di vos
respiciant, quanquam vereor equidem mi-
Poggi, ne illorum magna pars hæc ipsa
ob superiora quæ referre piget errata me-
rito atque optimo iure perpeti videatur.
Sed hæc aliâs, & sæpe coram. Nunc au-
tem non mei solum, sed & tui ad quam
scribitur rationem puto mihi habendam
esse. Fecein Piceni agri atque Flavinii in
possessiones nostras scribis impetum fe-
cisse. O rem acerbam. Quid ergo post-
hac non timendum?

*Iungentur iam grifes equis, ævoque sequenti,
Cum canibus timidi venient ad pocula dame.*

Ego præter hos & lunaticos expecto, quod si fiat, video plane integrum legionem. Quod me mones properem, recte atque ex officio arbiteror te fecisse. Etsi enim patria, domus, familia, quemadmodum debent, me plurimum oblectant, tamen dulcissima recordatio curiæ, & tot amicorum familiaritas, sic interdum movet animum, ut omnibus posthabitis advolare cupiam. Contra hos itaque animi motus tuum opponam consilium: atque ut ii qui ad certam horam expurgisci volunt, si nemo vigil observet. Nec dum possent quidem solicitude animi quiescere permittit. Sin autem observet quispiam, securi capiunt somnum. Sic ergo confusus, pollicitatione tua omnem solicitudinem animi repellam, nec nisi te vocante tempus surgendi adesse putabo. Quod autem de rebus meis certior fieri postulas, ego ad studia id refero, vereor eisdem ne insanire coepimus, ea scribere aggressus quæ supra meas sunt vires. Exegi librum unum, eumque pergrandem in quo longo discursu, multaque ad historiæ nostræ cognitionem pertinent explicavi. Habet varietas delectationem, cognitione vero etiam utilitatem. Sed tantus est labor in quæren-

dis peruestigandisque rebus, ut iam me péniteat incepisse. Insuper ut tu nuper in Gallia orationes tuas M. Tullii, quas nostra secula nunquam viderant, tua diligentia perquæsitas reperisti, sic ego nuper Areti epistolam quandam repéri, quam te nunquam vidisse certe scio. In ea non sine stomacho Tullius noster Petrarce respondet. Vale, & me ama, præterea dominis Cardinalibus, Florentino, Pisano, & Placentino me commenda. Iterum vale,
4. Nonas Ianuarii, 1415.

IV.

Leonardus Poggio S.

Adhortatur Poggium, ut perget ab interitu vindicare bonos scriptores.

SI vales, bene est, ego quidem valeo. Legi apud Nicolaum nostrum literas, quas de hac ultima profectione ac de inventione quorundam librorum scripsisti. Nec tantum de iis, sed & de optima spe quam de cæterorum adeptione suscepisse te video, lætandum existimo. Erit profecto hæc tua gloria, ut amissa iam ac perdita excellentum virorum scripta, tuo labore ac diligentia seculo nostro restituas, nec ea res nobis solum grata erit, sed posteris etiam nostris, id est studiorum nostro-

strorum successoribus. Neque enim filebuntur ista, nec obliterabuntur, sed exabit memoria hæc dudum longo intervallo perdita, & iam plane deplorata per tuam industriam recuperata ac restituta nobis fuisse. Utque Camillus secundus à Romulo conditor dictus est, quod ille statuit urbem, hic amissam restituit: sicut omnium quæ iam amissa tua virtute ac diligentia nobis restituta fuerint secundus autor merito nuncupabere. Quare te hortatum oratumque maxime velim, ne in hoc præclaro opere desideas, sed erigas te atque insistas, nam rei pecuniariæ tenuitas ne tibi impedimento sit, nostra iam hic providentia erit, atque in hac inventione tua scito maius lucrum factum esse, quam tu sentire videaris. Quintilianus enim prius lacer atque disceptus, cuncta membra sua parte recuperavit, vidi enim capita librorum. Totus est cum vix nobis media pars, & ea ipsa lacera, superefset. O lucrum ingens, insperatum gaudium. Ego te Marce Fabi totum integrumque aspiciam, & quanti tu mihi tunc eris, quem ego quamvis lacerum crudeliter crudeliter ora ora, manusque ambas, populataque tempora, raptis auribus & truncas inhonesto vulnere nares, tamen propter decorem tuum in delitiis habebam.

bam. Oro te Poggi, fac me quam cito hu-
ius desyderii compotem, ut si quid huma-
nitas impendeat, hunc prius viderim
quam è vita discedam. Nam de Asconio
quidem & Flacco, licet uterque placeat,
tamen non usque adeo laborandum existi-
mo, quorum si neuter unquam fuisset, ni-
hil fere minus latinitas haberet. At Quin-
tilianus rhetoricæ pater, & oratoriæ ma-
gister, eiusmodi est, ut cum tu illum diu-
turno ac ferreo barbarorum carcere li-
beratum huc miseris, omnes Hetruriæ
populi gratulatum concurrere debeant.
Mirorque te & illos, qui tecum erant non
statim in hunc manus avidas iniecisse.
Quem ego post Ciceronis de republ. li-
bros, plurimum à latinis desideratum, &
præ cunctis deploratum affirmare ausim.
Proximum est, ut te moneam ne in iis
quæ hic habemus tempus teras, sed quæ
non habemus conqueriras, quorum maxi-
me Varronis & Ciceronis opera tibi pro-
posito sint. Vale, & me ama, ac Medio-
lanensi, Aretinoque præsulibus me com-
mendatum facias. Florentiæ Idibus Se-
ptemb. 1416.

V. Leonar-

V.

Leonardus Felici S.

Ciceronem ex regio genere fuisse.

LAtior mihi ad pervagandum campus ostenditur, si amico tuo viro eruditissimo respondere prolixius velim, miratur enim, seu potius quærit si Ciceronis genus in Tullium regem Volscorum, uti ego in vita eius perscripsi, referebatur, cum Salustius humilitatem generis illi obiecerit, aut ipse Cicero respondens hanc originis suæ excellentiam conticuerit. Nam ignorasse quidem sui generis primordia virum omnium doctissimum, & antiquitatis curiosissimum verisimile non est. In iis igitur unum videtur quæsitum, sunt autem plura. Non solum enim verum ne sit de genere scriptum, quod ad historiam attinet, sed & dicendi ratio postulari videtur, quod totum rethorices est. Respondebo itaque ad omnia, sed breviter quidem, ne ostentare magis ipse me, quam satisfacere voluisse existimer. Primum igitur in Tullium Volscorum regem, Ciceronis originem referri non ego ipse ex me, sed probatissimos autores fecutus asserui. Omitto cæteros, qui de Cicero-ne scribentes hoc ipsum testantur: Hierony-

ronymus vir doctissimus, & antiquarum rerum imprimis studiosus in libro de temporibus, quem ab Eusebio scriptum è Græco transtulit, & prosecutus est cum Ciceronis natalitia annotaret, sic inquit:
CLXXIX. Olympiadis anno 4. Cicero Arpini nascitur, matre Olbia, patre equestris ordinis, ex regio Volscorum genere. Plutarchus autem non solum genus regium, sed & regem ipsum Tullium autrem generis nominat, qui apud Volscos insigniter regnavit. Ipse quoque Cicero, ne forte amicus ille ignorasse hoc eum aut omnino reticuisse credat idem quodam loco scribit. Nam cum de philosophia antiqua, & Tullii regis coætaneo mentionem faceret, sic inquit: Pherecides Syrus primum dixit, animos hominum esse sempiternos, antiquus sanè, fuit enim, meo regnante gentili. Quis igitur ambigendi locus relinquitur, cum & alii probatissimi autores, & Cicero ipse hoc idem testetur. Restat ea dubitatio, aut ille obiecerit, aut iste non refellerit. Evidem ab oratore non exigo, ut semper verum inimico obiectet. Deinde si genus regium, quamvis ab initio splendidum in obscuritatem migrarat, res quidem talis erat, ut ex utraque parte ansam haberet, & ad laudem splendor generis, & ad vitupera-

perationem obscuritas. Dicentis autem est id assumere, quod & pro se sit, & contra adversarium. Itaque obscuritatem quam recte potuit obiicere, in medium protulit: splendorem autem qui commendationis erat, præteriit. Quanquam si recte memini, non tam obscuritatem Salustius obiicit, quam novitatem. Sic enim inquit, ubi M. Cicero ita gubernat ac moderatur quasi unus reliquus ex familia Scipionis Aphricani, ac non reptitius & paulo insitus huic urbi civis? Hoc non obscuritatem generis, sed novitatem civitatis assignant. Id ipsum in historia clarius possum ab eodem Salustio est. Vbi de Cicerone ac de consulatus petitione loquens dicit, veluti pollui consulatum putabant, si quamvis egregius, tamen novus homo adeptus foret. Et Catilina cum eam defendat M. Cicero, inquinilus urbis Romæ. Hæc omnia, ut dixi, novitatem civitatis redarguunt, non generis obscuritatem. Sed cur Cicero in refutandis adversariis hæc reticet? Primo non obiiciebatur obscuritas, ut dixi, sed novitas. Itaque eius augmenta novitati respondebant. Nam si nullis præclaris rebus maiorum suorum in rep. gestis commendabatur, ut Scipiones ac Metelli. At suis at propriis quod præstantius erat. Præterea tacen-

tacendi plures erant causæ. Primo, quod nomen regium apud Romanos invisum sanè ac detestabile erat, deinde quod arrogantium, invidiamque vitabat, quæ in civibus præsertim novis fastidiosæ & intollerabiles sunt. Illud insuper accedebat, quod rex ille inimicissimus populi Romani fuerat. Non erat ergo prudentis consilii illum proferre, ne ab hoste populi Romani originem traxisse diceretur. Itaque callido consilio obscuritatem potius, quam bonis rationibus in suarum virtutum laudem traducere poterat. Obiici patiebatur sibi, ut & ego qui novus Florentiæ civis sum, si à Castricio illo præstante quidem duce, sed inimicissimo Florentini populi originem traxissem, latere in plebecula mallem, quam eum generis autorem, egregie licet nobilitatis proferre. Hæc habui quæ responderem.

VI.

Leonardus P. Curto S.

Amicorum naturam ferendam in quibusdam.

VEror ne parum tibi respondere in amicitia videar ex hac mea tarditate scribendi. Eam quæso suspicionem, si quam forte cœpisti, animo tuo erade, factis enim promptissimus sum, verbis autem

tem tardus, idque natura cum insit, non facile dimoveri potest. Traditur autem ab iis, qui de amicitia scripserunt, in quibusdam ferendam esse amici naturam, ut de Scipione & Lælio scriptum memini. Cum in Lælio quidem hilaritas esset, in Scipione autem vita tristior, ambitio maior, disparitatem morum par voluntas coniungebat animi: nec tamen à Lælio, ut secum unà latus esset Scipio, flagitatum est: nec si flagitasset ille, praestare potuisset. Quare tuum quoque fuerit, tua humanitate existimare amici animum ita affectum erga te esse ut debet: & si forsitan facilitas, quæ in te plurima redundat, deesse illi videatur. Sed satis. Nunc venio ad literas tuas, quas nuper Aretio rediens Florentiæ offendit. Quod Matthæus Albicius familiaris tuus me subiratum tibi ex iudicio illo affirmaverit, valde equidem admiror, nisi forte iocari tecum voluit, quod non ex literis tuis solum, verum etiam ex illius verbis coniecto. Erat unà Nicolaus noster, cum ille in foro me conveniens, te admodum literis quas nuper accepisses latatum esse, ac perlucuerint scriptas existimare, inquit, cupere denique certiorem fieri, quisnam illas scripsisset, ac suspicari quidem de me. Ego ne pro iis tibi subirascerer, qui quod luculent:

lentum existimas, à me scriptum existimas? & quæ maxime probas, mea esse connectas? Contra equidem si accidisset, ut quæ elegantissima tibi viderentur, ea esse mea diffideres, graviter ferendum putarem? At quæ optima reris eadem mea credidisse, cuius tandem signum est, nisi animi magnificentissime de me opinantis. Quamobrem tibi non modo quod postulas veniam do, verum etiam gratias ago. At forsitan graviter tulisti me dicendi genus non internosse, primum id quidem leve est. Mihi enim satis eleganter dicta videri solent, quæcunque bene dicuntur. Deinde quid ego novi utrum ille mihi, an ego illi in hoc genere scribendi præstem. Equidem nullum alium exitum scriptorum meorum unquam putavi, quam ut aliis quibus scribo vehementer literæ meæ comprobentur, quod illi accidisse video in iis quæ ad te scripsit. Id ergo cum ille scribens asssecutus sit, quod ego assèqui opto, nihil eius literis defuisse iudico. Assentior nihilominus tibi facilius affici nos laudibus nostris, quam ulla alia re. Quo ergo facilius, eo minori conatu, maxime delectaretur rogatus eius in quid qui laudes meas apte concinneret, ut si etiam in iis percensendis dulcedine laudis captus errasses, venia sit tibi tribuenda. Priscianum

ium quem postulas, omnes tabernas libra-
rias perscrutatus reperire nondum potui,
idmonui tamen quosdam familiares ut
perquirant, si quid emerget ad te illico
transmittam. Vale, Florent. pridie Non.
Decembr. 1416.

VII.

Leonardus Poggio S.

Exitum Constantiensis concilii expectari ab omnibus, & admonet Poggium, ut cautius de Hieronymi suppicio scribat.

DEdi nuper ad te literas Philippo no-
stro, in quibus sanè prolixior fui.
Nunc autem nihil ferè est quod ad te scri-
bam, nisi hoc ipsum quod tuas literas ex-
pecto, flagito igitur quod adhuc non fla-
gitavi, ut nos crebrius de his rebus qui
istic geruntur certiores facere studeas.
Nec ego ad te acta solum exigo, sed qua
prudentia es etiam spem rerum futura-
rum. Scito enim non proceres modo,
verum etiam plebem, nihil tam per hæc
tempora curare, nec ulla de re cogitare ac
loqui magis, quam de concilii exitu. Cum
igitur hæc solicitude sit alienis, quod mi-
hi qui verna sim fieri putas. Tu igitur
me hac cura subleva, & si quid de futuro
Pontifice odorare sagatius poteris, signi-
fica,

fica, si quid occultius fuerit *in yariæ adno-*
 tabis. Nudius tertius exemplum habuimus
 literarum tuarum à Barbaro missum
 de Hieronymi supplicio, quarum elegan-
 tia equidem valde probo.. Tu illi tamen
 plus tribuere videris, quam ego vellem,
 si iudicium tuum sæpe purgas, tamen ne-
 scio quid maioris affectionis animi præ-
 fers. Ego cautius de hisce rebus scriben-
 dum puto. Quintilianus tuus laboriosissi-
 me emendatur, permulta sunt enim in
 nostro vetusto codice, quæ addenda tuo
 videantur. Sed in quibus locis vetustas
 deerat, hoc est in sincopis illis grandio-
 ribus plerisque in locis insanabilis mor-
 bus est. Me Pisano Florentino cardinis-
 libus commendabis. Vale, Florentia; 37
 Non. Aprilis.

VIII.

Leonardus Petro Myano S.

*Se curiales dubias & confusas res reliqui-
 se, & ad studia literarum rediisse
 scribi.*

PRope diem, ut opinor, plura tibi scri-
 bam. Nunc autem unum scias, velim,
 me Florentiam rediisse ad III. Idus Mar-
 tiæ, curia & curialibus rebus omnino re-
 lictis. Vtoraudem spacio cum studiorum,
 quæ longo intermissa spacio avidissime re-
 peto

Neto, tum etiam familiarum antiquorum,
quorum tanta dulcedo est ut prope gra-
tias me debere putas iis procellis, quæ ex-
alto obreptum me in hunc voluptatis
imœnitatisque portum retulerunt. Quo-
niam vero mihi iam pridem persuasi, omnia
quæ apud te sunt, mea esse, & quæ apud
ne tua, utar nunc ea lege præcipue in li-
bris, quos tu dudum summa cum liberali-
tate obtulisti. Vale & me ama.

IX.

Leonardus Nicolao S.

*Optat amicorum adventum, significat au-
tem se adeos venturum.*

Salvum te advenisse gadeo, ac ex Pisa-
na cœli gravitate ad salubres Aretino-
rum colles in column evasisse, incredibi-
lem de eo suscepit voluptatem. Sed ista
coram inter nos agemus uberior. Nunc
venio ad epistolam tuam, quam communi
amicorum decretus mihi scripsisse, nisi
istuc ipse accessus exercitum mihi de-
nuntiatis & duce in apud vos esse & regem,
quasi exhortatur iactantes. O Rethoricam
contrariam. Vosne his minis me terre-
re putatis, & ad hoc adhibito metu adve-
niendum compellere? Videte quam er-
retis. Ego et si illico venturus fuisset, ta-

men vel ex eo immorandum putarem, ut
tam præclara cohors diverti apud me com-
pelleretur. Nam quid mihi dulcius quid
optatius esse posset, quam videre domum
meam, tot simul clarorum virorum & mihi
amicissimorum contubernio, honestatam?
Etenim si hoc in singulis semper optatis-
sime fecimus, quanta voluptatis accumu-
latio foret universos, ut ita dixerim, ami-
cissimos uno agmine simul accipere. Ita-
que ego vos oratos atque rogatos velim,
ut hoc bellissimum, ut ita dixerim, bellum
quod per literas indicatis, mihi inferre non
differatis. Evidem si has vestras comini-
nationes facta putarem, non verba, & si
superbum forsan videri potest, tamen nun-
quam me prius venturum affirmarem,
quam vos huc accederetis, verum quia tar-
ditas non nullorum vestrum mihi suspe-
cta est, ego veniendi indutias postulo die-
rum octo, quibus exactis ad vos propera-
bo. Causa indutiarum est, negotiorum
quorundam explicatio, quibus ita impe-
dior, ut nulli rei vacare commode possim,
abesse certe per hosce dies nullo modo
licet. Deambulatiunculas vero ad incly-
ta religionis loca, quæ finitima habeatis,
postulo ut in adventum meum differatis.
De Poggiano thesauro coram. Libros Ethici-
corum divinissimos, ut ex integro rescri-
bas,

bas, iam nunc te para. Vale, mi dulcissime Nicolae, & in adventu meo ut mecum Aretium venias certissimum statue, iterum Vale, Aretii VI. Calend. Octobris.

X.

Leonardus Poggio S.

Deplorat nescio quid malum Constantiensis concilii.

Literas tuas perbreves accepi, transmissas mihi à Nicolao nostro. Eum qui detulit conveniendi ac rogandi non fuit facultas. Nam Areti sum cum meorum rerum curandarum gratia, tum etiam vitandæ pestis, vel potius suspicionis. Nam illa quidem adhuc talis est, ut terreat magis quam lædat eos qui Florentiæ habitant. Haec igitur de causa illum, qui detulit, convenire non potui, quanquam in Amalthea Saturnino cætera coniecto. Orem acerbam, & si de patribus non tam equidem labore, quam de plebe:

*Quod quicquid delirant reges plectuntur
Achievi;*

*Seditione, dolis, scelere, libidine, & ira,
Iliacos intra muros peccatur & extra.*

Acceperam & alias tuas literas triduo antequam Florentia abirem, in quibus per molestem fane id fuit, quod commentario-

lum illud, quod mihi te mittere cum iis literis significabas, nusquam repertum est: Neque catalogus ille librorum index, omnia perdita per viam aiebant, quia & aperta resignataque diplomata venisse. Quod autem in illis me percunctaris, num & aliæ tuæ literæ quas ante profectionem tuam dederas mihi redditæ fuerint, si de iis rogas literis, in quibus reprehensiones stultissimi ac levissimi hominis continebantur, ne dubita iam pridem illæ mihi redditæ fuerunt. Risique potius illius stultitiam quam animo motus sum. Nam eius stuporem mentis ac veluti fanaticam vesaniam iampridem prospexeram. Itaque non mihi nova res est, scripsisse autem nunc illa ipsa quæ mente vesana atque distorta gerebat, quanti faciendum putas, cum vel nulli unquam lecturi sint, vel si legerint aliqui in ipsa scribendi ineptitudine nullitatem eius cognituri, ille certe ne illa ipsa quæ reprehendere conatur intelligit, & quæ fatur puerilia sunt ac penè infantia. Itaque illum omnino sperno atque contemno nec dignum responsione mea duco. Tu vale & me ama, & quid istic agatur crebro significa. Aretii, Idus Iuniis.

XI.

Leonardus Episcopo Senensi S.

*Excusat quod non scripscerit, & laudat episco-
pum ocio negotia posthabentem.*

Quem non delectet humanitas & man-
suetudo tua, qui antequam de negli-
gentia me, quemadmodum poteras, ac-
cusares, rationem excusationis tu ipse ob-
tulisti. Cum enim iam te pridem admir-
ari dices, quod ego nihil omnino ad te
scripsissim, illud statim addidisti, te puta-
re non alia causa quam occupationibus
meis id accidisse. Itaque cum id tuæ sa-
pientiæ persuasum sit, quod ego maxime
persuasum esse cupio, tacere forsan in
hac parte præstaret, quod & facerem, ni
hæc mea excusatio partim ambitiosa, par-
tim incredibilis videretur, ambitiosa si
me occupatissimum prædicem, incredibi-
lis si non potuisssem scribere asseverem.
Pauca igitur ad hanc ipsam defensionem
tuam ex meo addam, quo dilucidius ea in-
telligatur: fuerunt mihi quidem occupa-
tiones & sunt, sed nequaquam tantæ ut
scribere non valerem, præsertim cum
omnis occupatio mea in studiis literarum
versetur. Cur non scripscerim audi, quæ-
so, patienter. Ego te semper eum homi-

nem putavi, cui non nisi magna quædam
& præclara ac digna tua gravitate autorita-
tateque convenienter. Cum igitur post
naufragium illud gubernatoris nostri ad
studia literarum me tanquam in portum,
quemadmodum optatissimum tetulisse,
scribenda quædam ac mandanda literis af-
sumpsi. Ad hæc ego quantum ocii est to-
tum confero, nec libenter diverto. Cre-
do & aliis evenire quod dicam. Sed mi-
hi, ut affirmare possum, haud dubie eve-
nit, difficulter resumo quod semel arripui.
Ad te ergo quoniam graviora quædam
tua autoritas postulat, ne ab inceptis di-
verterer scribere supersedi, poteram cer-
tè leviora quædam, sed ea indigna tuo no-
mine arbitrabar. Graviora vero & expo-
litiora sine intermissione cœptorum scri-
bere non dabatur. Hæc est defensionis
meæ ratio paulò explicatio, quam à te sit
dicta. Quod autem te & optime conten-
tum, & in quiete constitutum significas,
ob id te longe beatiorem puto, quam qui
in magnis rebus agendis magnisque nego-
tiis versantur. Longè enim sunt præfe-
renda, cum hæc finis sint, illa ad finem.
Negotiamur enim ut otiemur, & bellum
gerimus ut in pace degamus. Quod si ocia
præferenda sunt & hæc certe vita quieta
& tranquilla laboriosæ illi & occupatæ.

Ad

Ad quam nisi aut honoris ambitio, aut pecuniarum cupiditas impelleret, quis tandem nostrum illam suscipiendam censeat, ac non velis remisque fugiendam. Qui autem in ocio contenti non sunt, ocium ipsum ut ita loquar, perdunt, imo nec sunt ociosi, sed potissima sui parte, id est, mente & animo infestantur, ac longe rapituntur. Tu ergo cum utranque nactus sis gaude, quæso, & felicitate tua diutius fruare. Quod si te forsan aut pontificis iussus aut voluntas tuam incuriam atque in illum æstum negotiorum retulerit, ipse te ubique amabo, primum tamen sanius est consilium, quod utinam & ego tenere possum, Vale.

XII.

Leonardus Francisco Barbaro S.
*Prædicat agriculturam ita ut tamen musas
preferat. Laudatque in amico sacrarum
literarum studium.*

Redeundi mihi ex agro Arentino literæ tuæ præsto affuere, atque ut de eo ipso qui illas reddidit cognovi, complures ante dies Florentiæ sic redditum meum præstolatae fuerant, ut iam longiorem moram incusarent. Ego autem eo diutius illis in locis detentus sum, quod iam I 5 supra

supra biennium grassante pestilentia, facultatem adeundi non satis habueram. Quare avidus incumbens ita delectabar, ut penè iam urbis me haberet oblivio. Nunc autem & nitore literarum tuarum, & summa humanitate tua ad meliora revertor studia. Etsi enim agriculturam valde equidem probo, nihilominus illa stat sententia, me vero dulces nutriunt ante omnia musæ, quid enim cum musarum suavitate Pan & Sylvanus possunt conferre? In hoc igitur genere & audire eruditissimas voces tuas, & reddere ipse meas optavi equidem atque opto præser-tim cum mutuo in amore familiaritatemque iam pridem inter nos suscepta, silentium hoc quod adhuc intercesserit cul-pandum potius quam laudandum videtur. Quod autem te ad sacras literas maiore impetu, & attentiore animo con-ferre significas, in eo sapientiam gravita-temque tuam indeficibili laude commen-dandam puto. Si enim omnes musæ, quod supra diximus, dulces sunt, quanto illæ magis quæ vere sunt musæ? Et si vox poetæ in re facta delectat, quanto ma-gis vox dei delectabit in vera? Et si præ-cepta hominum dissentibus profundunt, quanto magis proderunt divina? Quare te currentem, ut video, vehementer co-hor-

hortor ad huius optimi perfectissimique operis infudationem. Casum vero gravissimum amantissimi fratri incommodaque exinde suscepta, & tua moderatione & illarum literarum solatione levare debes. Vale, Florentiæ, Idus Decembris.

XIII.

Milleo Archiepiscopo Genuensi
Leonardus S.

Literarum studium ad quæ utile sit.

FAcile recognovi literas tuas doctissime similiter optimeque antistes. Erant quippe ea facundia sapientiaque prescriptæ, ut ex tuo potissimum iudicio manasse viderentur. Atque ut natura fit, cum alterum dicentem audias, quod tu maxime probas, ut valde assentiamur, sic ego tuæ illi delectione studioque sententiæ vehementer assensi. Sic enim mihi quoque perspicere visus sum ad animi ægritudinem valere posse, aut unicum in literis studiisque esse refugium quas qui fastidiunt, & contemnunt veræ puræque voluptatis gustum non habent. Tu igitur iis incubebè, ut facis, præsertim cum nulla res sit dignior homine sapienti, & in ea qua tu es dignitate constituto.

Quod

Quod autem de libris scribundis rogas non deerit tibi diligentia mea. Verum admirabilis est apud nos eius rei penuria. Nam & studiosi permulti sunt, & qui mercede scribunt admodum pauci. Ego tamen quo tibi morem geram scrutatus omnia cum tandem nihil reperirem, exoravi quendam ex familiaribus meis, ut libros quosdam sui ipsius gratia quos ipse scripserat venundaret. Sunt autem Ethicorum libri quos nuper traduxi, & commentaria primi belli punici, cum quibusdam orationibus Demosthenis, & oeconomicorum libros. Sat, ut in primo aspetto visum est, emendate perscripti. Hæc emere licebit. Tu igitur cuivis Genuen-sium tuorum qui hic negociantur committere poteris, ut libros excipiat, ac præmium decens pro illis exolvat. Vale, Flo-rentiæ, Idus Februarii.

XIV.

Leonardus Ioannino S.

*Imperitorum calumnias contempnere
se scribit.*

Expecto Languustum illum tuum, ac literas eius, præsertim si ut mihi persuadeo festivissime sunt futuræ. Me profecto Epicureum literarum factum esse sci-

scito, voluptatem in illis festivitatemque
consector. Quo circa iubeas velim, si
quas ad me missurus est, iucunditate ut
illas salibusque respergat. Iudicium il-
lud tibi permolestum totamque stulto-
rum hominum vaniloquentiam vix unius
assis existimandam puto. Adde etiam, si
placet, Rethorem illum eloquentiae ho-
stem. An tu me iis censuris commove-
ri putas quæ ab hominibus parum acu-
tis, ac stulte sibi ipsis iudicandi peritiam
arrogantibus proferuntur, fieri non potest
quin ut quisque sapit ita sentiat, sed & no-
strum nobis iudicium est, quo magis uti-
muri quam alieno, nisi forte Appellem
aut Prothogenem quod rectum amœ-
numque in pictura foret non ex suo po-
tius iudicio, quam ex aliorum opinioni-
bus statuisse credamus. Quanquam est
quidem abs te non satis ante causa mea
defensa adversus Constantinopolitanum.
Quid enim opus fuit ad Ciceronem alle-
gare hanc quæcunque est in nobis re-
rum mortalium notitiam? Quasi vero
Aristoteles ipse à studio nostro fuerit
alienus, cuius libros in adolescentia sic
audivimus, ut etiam publice de iis dispu-
tationes ex ordine studiorum sustinea-
mus. Biennio certè toto ab optimis il-
lius disciplinæ magistris incredibili avidi-
tate

tate imbuti sumus. Hæc ergo funda-
menta cum in adolescentia iecerim, quis
iuste admiretur si nunc aliquid exædifi-
catum à me sit? aut quis novum me ad
hæc sacra venisse dicat, quibus ego ab ipsa
pueritia fuerim initiatus? Sed hæc satis
plura etiam quam satis. De se enim ipso
omnis sermo gravissimus est, tamen
silere aliquando non licet ita multi oc-
cursant, partim invidi, partim arrogantes,
partim desipientes. Venio nunc ad id
quod per superiores literas de commen-
tariis flagitasti. Ego quæ scivi, quæque
memoratu digna existimavi in eos libros
concessi, neque veto quominus si plus
plura teneat, plura conscribat commen-
taria, tamen ab historia multum diffe-
runt. Illa enim amplior ac diligentior
est, hæc contractiora & minus explicata,
Livius quoque in Romuli & Hostilii, &
Tarquinii regum Romanorum gestis re-
ferendis non annos prosequitur, sed re-
rum summam, idem Polibius facit, & ipse
quidem probatus autor, cuius autorita-
tem secuti sumus. Vale, Florentiæ.

XV.

Leonardus Poggio S.

*Gratum sibi scribit, quod negotium suum
apud Pontificem (*) curet.*

Nihil omnino statuo duobus nobis fieri potuisse stultius, cum hoc nostro importuno silentio. Sed quia illa iam corrigi non possunt, præteriti defectus temporis futuri exuberantia compensemus. Vnum tamen non ignores volo, me per hoc ipsum silentium grandem tibi epistolam perscripsisse, excitatum literis tuis, quas ad Nicolaum nostrum misisti de controversia Nicolai: in quibus cum te falsa illius suggestione deceptum animadverterem, totam rem verissime sincerissimeque patefactam tuo examini censuræque subieci. Eas video te literas non accepisse. Itaque conquiram nunc rursus illas, tibique remittam. Negocium meum, quod apud summum Pontificem curaris, mihi summæ est voluptati. Perspexi enim in te & amici fidem, & sapientis hominis consilium, & impigri vigilantisque solertiam. Quod autem hortaris, ut ad Pontificem scribam, faciam ut mones,

Anto-

(*) Martinum V.

Antonio Lusco, & Cincio sodalibus nostris meo nomine gratias agito, saluere que iubeto. Vale Areti 10. Calend. Martii.

XVI.

Leonardus Demetrio S.

Quod Aristoteles eloquens fuerit, & male à linguarum imperitis latinitate donatus sit.

Tria, ut ex literis tuis animadvertere potui, à te in crimen vocantur ex illa præfatione mea, quam libris Ethicorum adscripsi. Vnum quod Aristotelem de eloquentia commendarim, quem tu asseris nec eloquentem fuisse unquam, neque curasse quidem ut eloquens esset. Alterum quod interpretem illum, qui ante me hunc librum traduxit ordinis prædicatorum fuisse dixerim. Tu vero antiquorem interpretationem eius libri putas esse, quam ordinem ipsum, ex quo fuisse affirmo. Tertium, quod huic ipsi interpreti maledixerim indignaris. Sunt & alia quædam in literis tuis, sed me hercle ita caliginose scripta, ut sensum eruere nullo modo potuerim, & illa ipsa quæ supra retuli hallucinando potius te dicere velle deprehendi, quam tu dicas. Ad hæc

igitur tria nunc, ad alia vero si forsan id cu-
pies cum apertius scribes , respondebo.
Primum igitur de Aristotele vehementer
erras. An non curavit ille, ut eloquens
esset ? nam utrum fuerit, mox videbo,
sed ita curavisse illum constat, ut nemini-
nem magis. Testes sunt artes rethoricæ
ab eodem philosopho labore summo dili-
gentia perscriptæ, nec semel tantum, sed
rursus atque iterum pluribus volumini-
bus explicatæ. Nec est quicquam in ea
facultate, quod non illum non modo pro-
se didicisse, sed etiam alias docere volui-
sse appareat. Tanta vero in ea cura elo-
quentiæ fuit, ut etiam minutissima quæ-
dam scrutari & indagari niteretur. Quis
enim quæso ante hunc pedes & syllabas
etiam soluta in oratione servandos osten-
dit? ut dactylum iambumque recreet, al-
terum ut elatum nimis , alterum ut de-
pressum, peana vero illum duplicem pro-
baret, qui est aut ex longa quam tres bre-
ves subsequuntur, aut ex tribus brevibus
& longa postrema, quorum alterum prin-
cipiis, alterum clausulis assignavit. An
non curasse illum dicis ut eloquens esset,
qui eloquentiæ artes tam curiose prescri-
psit, & minutissima quæque tanta dili-
gentia persecutus est? Atque ego certissi-
me scio , nec te nec præceptorem illum

tuum hominem ut audio, magna Theologiæ scientia, sed nullarum penitus literarum quid sit pean, quid iambus intelligere, nullum denique eloquentiæ vestigium intueri. Nec id sane in vobis reprehendo, quod tam leviter de rebus vobis incognitis iudicium proferatis. Falsum est igitur quod scribis non curavisse illum, ut eloquens esset, sed an fuerit eloquens videndum est. Nam fieri potest, ut curaverit quidem, nec tamen sit eloquentiam consecutus. Evidem quantum est in me judicii, non video quomodo iis de rebus quas Aristoteles tractavit, aut aptius, aut suavius, aut copiosius scribere quisquam potuerit, lege eius libros, nec morales solum & civiles, in quibus eloquentia magis cohæret, sed eos qui aut physici, aut metaphysici, invenies locos nullius eloquentiæ capaces eloquentissime ab eo tractatos, rebusque obscurissimis splendorem & claritatem per eloquentiam attulisse. De quo si mihi non credere vis, at Ciceroni credas. Quanquam nec tu forsan Cicero qui fuerit intelligis, egoque fatius sum, qui tecum ista differo. Sed tamen Cicero vir acerrimi iudicii, summus ipse orator, suavitatem & copiam & omnia scribendi ornamenta Aristoteli tribuit, flumenque aureum il-

lius

lius scripta appellat. Ex quo magis translatoribus istis indisertis irasci soleo, quod huius philosophi libros admirabili facundia suavitateque in Græco scriptos, tam absone nobis converterunt. Sed non sunt illi Aristotelis libri, nec si vivat ipse suos esse velit. Sed more conversorum ineptiæ. Ille enim & politissimus scriptor esse voluit, & quod voluit, curavit: & quod curavit, asscutus est. Quid ergo me in crimen vocas, quid eloquentissimum philosophum infantiae condemnas? an non pudet de rebus tibi incognitis ita leviter asseverare? Sed satis de hoc, ad aliud transseamus. Eum qui librum Ethicorum ante me convertit, ordinis prædicatorum fuisse dixi, hoc tu ita derides, quasi erratum manifestum. Ecce rursus fatua crassaque opinio, vix pueris digna. Putas enim interpretationem illam Boëtii fuisse, qua quidem in re perquam pueriliter aberras. Nullam enim Boëtii interpretationem habemus, præterquam Porphyrii & prædicamentorum, & perihermenias librum, quos si accurate leges, videbis summum illum virum sine ullis ineptiis libros illos transtulisse. Textus est, nitidus & planus, & Græco respondens. At enim in Ethicis & Physicis quid tandem est præter ineptias meras? Non

verba in iis latina, non dicendi figura, non
eruditio literarum, præterea ab ipso Græ-
co male accepta compluria. Hæc à Boë-
tio longe absunt, viro in utraque lingua
docto & eleganti. Nunquam ille archi-
tectonicam, nunquam eutrapeliam, nun-
quam bomolchos, nunquam agricos, quo-
rum vocabula in latino habemus, Græci
reliquisset, nunquam tristitiam pro dolō-
re posuisset, nunquam honestum cum bo-
no, eligere cum expetere confudisset.
Atque ut scias, duæ fuerunt ante me, quod
equidem viderim, interpretationes Ethic-
orum, una quam ex Arabe lingua tra-
ductam constat post Averrois philo-
phi tempora, quæ quoniam anterior est,
vetus appellatur. Altera hæc posterior
& novior à Britanno quodam traducta,
cuius etiam proœmium legimus, in quo
& fratrem se ordinis prædicatorum scri-
bit, & rogatu confratrum de iis transfe-
rendis laborem suscepisse. Quomodo igitur
interpretatio ista prius fuit, quam or-
do ipse institutus est, aut quomodo Boë-
tii fuit ista nova interpretatio, cum ve-
tusta illa & anterior post Averroin fue-
rit. Boëtius vero aliquot seculis Aver-
roin anteeat. Reliquum iam crimen est,
quod huic interpreti maledixerim. Equi-
dem si vitam illius, si mores, si genus infe-
ctatus

ctatus essem, tunc fateor me illi maledixisse. Sed nihil tale attigi, neque attingerem. Ac enim de literis, studiisque contendere, ac interdum vehementius urgere: & si res exigat, adversarium pungere, disserere id quidem est, non maledicere. Denique tota vis in eo versatur iure, an iniuria illum reprehenderim. Duxi libros illos inepte traductos, quis negare potest? Duxi Græca verba ob ignorantem latinæ linguæ ab eo relicta, pro quibus latina vel optima haberemus. Nec duxi modo, sed & probavi & verba ipsa ostendi. Cætera quoque errata, nec ea pauca, nec levia redargui. Aut igitur ista defende, si potes, aut me pupugisse illum non moleste feras. Evidem si in picturam Iocardi quis fecem proiiceret, pati non possem. Quid ergo existimas mihi accidere, cum Aristotelis libros omni pictura preciosiores tanta traductionis fece coinquinari videam? An non commoveri? an non turbari? maledictis tamen abstinui. Sed rem ipsam redargui, ac palam feci.

Vale.

F I N I S.

LEONARDI ARETINI

LIBER QVINTVS.

I.

Leonardus Hugoni Senensi S.

*Declarat contra calumniatores, se recte ex
Graco τὸν ἀγαθὸν summum bonum
transluisse.*

Frequenter dubitari percipio in hac nova Ethicorum interpretatione, quam publice legere coepisti, quoniam ita scriptum in ea sit, summum bonum quod omnia appetunt. Oririautem dubitationem vel admirationem potius ex eo, quod antiqua interpretatio haberit non summum, sed bonum. Inque suspicari eruditos quosdam *visos*, eosque ferme veteres studiorum huiusmodi sectatores à me esse erratum, & malevolos obtrectatoresque meos id ipsum iam non secus ac manifestum deprehensumque crimen circumferre. Quare & respondere malevolis, & apud bonos me ipsum purgare quidam suadent. Ego autem huiuscemodi mentis sum, ut de malevolis & apud bonos me ipsum purgare, & obtrectatoribus illis non multum existimem

stimem laborandum. Novi enim & qui sunt, & quam facile contempnendi. Bonis autem & studiosis, qui non malevolentia aliqua, sed opinionis errore ducuntur, veniam esse dandam censeo. Est enim difficile ac prorsus arduum antiqua illa iam pridem inhibita animis extirpare tam cito ac revellere posse. Itaque intueri licet interdum homines magis anxie male percepta dediscere, quam bona percipere. Ignoscendum igitur & simul responsione mea satisfaciendum, meque ipsum apud hos purgandum, probandumque esse duco, ut veritate agnita, omni me criminе absolvant. Quanquam in hac causa neque difficultas sanè, neque obscura illa subit difficultas, quod de verbo græco controversia est, de quo apud homines græcarum literarum ignaros, assensionem facere perarduum videtur. Sed tamen tanta est veritatis lux, tantumque iubar, ut aliena etiam in lingua apparitum eius vim, splendoremque confidam. Nam vero quidem omnia consonant, hoc autem cito dissonat: verum primum igitur videndum est, de quibus mihi convenient cum adversariis, & de quibus sit quæstio, ut ordine & via procedat oratio. Interpretis quidem esse puto, quæ in aliena posita sunt lingua ea in suam fideliter redere,

dere, hoc & adversarii fatentur. Inspiciamus ergo quid sit in Græco positum, pro quo ipse in latino summum bonum reddiderim. Est autem verbum τὸ θόνος, hoc etiam adversarii fatentur, sed male interpretatum esse contendunt. De significatione igitur huius verbi controversia fit. Ego summum bonum significare dico, illi bonum. Antequam ad probationem veniamus, placet quid summum bonum, & quid bonum latine dicimus, constituere. Nam frustra de verbo Græco disceptaremus, si de latino ambiguitas esset. Hæc verba summum bonum, eam puto vim apud latinos habere, ut per illa notetur extremum illud ac perfectum bonum, ad quod cum tandem perventum fuerit, appetitus omnis conquiescit. Id est quod semper propter se expetitur, & cuius gratia cætera fiunt omnia, & ad illud referuntur, ipsum autem nusquam refertur. Media vero per quæ ad hoc extremum ascenditur, bona quidem sunt, non tamen summa, quoniam propter aliud quod supra se erat expetuntur. Summum bonum nihil supra se habet, sed in eo appetitus conquiescit, nec ultra requirit. Quid autem sit extremum illud ac summum ad quod omnia feruntur, hoc non est iam

Nō vī verbi, sed de re ipsa perquirere, in quo magna philosophorum ingenia conflicantur. Nec latere nos oportet, hoc idem quod summum bonum diximus, appellari finem bonorum, & extremum, & ultimum, & primum. Dicitur enim extremum & ultimum, quia non est ultra progressio, primum autem, quia principium est & causa. Nam eius gratia omnia omnes agunt. De quo præclare Tullius in libris de Finibus bonorum inquit: Quærimus enim quid sit extremum, quid ultimum bonorum, quod omnium philosophorum sententia tale esse debet, ut ad id omnia referre oporteat, ipsum autem nusquam. Ecce quid nos bonum, & quid summum bonum latine dicimus. Age nunc τὸν ἀγαθὸν, de quo controversia est, utrum bonum significat, an summum bonum? Ego summum bonum significare dico. Quomodo id probas? quia sic Græci utuntur. Non creditus, inquiunt, tibi. At si non mihi, saltem Eustatius credas, Eustatius enim natione Græcus est; & inter doctissimos apud Græcos habetur. Libros certe Ethicorum Græca in lingua sic perite commentatus est, ut solus commentator illorum meruerit appellari. Verba Eustatii sunt hæc in X. Ethicorum libro, τὸν ἀγαθὸν quod eoniungiuntur.

tur ex τῷ & ἀγαθῷ nihil aliud est, quam solum bonum, & primum bonum: alia autem, puta intellectus, & scientia, & virtus, bona quidem sunt, non tamen prima, & est intellectus quidem ἀγαθὸν, non tamen τὸ ἀγαθὸν, & virtus ἀγαθὸν non tamen τὴν ἀγαθὸν. Sic per hoc elementum tibi ostenditur primum principium, & causa, & radix, & velut centrum omnium bonorum. O testimonium mihi optatissimum, testimonium vero, imo summum? Quid enim aliud Eustatius quam velut de tribunali me victorem pronunciat: ἀγαθὸν, inquit, significat bonum, sed τὸ cum illo iunctum significat primum principium, & causam & radicem omnium bonorum. Et quid aliud me dicere oportet? Nonne hæc probant? nonne hæc me purgant? Intelligent igitur boni & studiosi, qui dubitant, prius veritatemque opinioni suæ anteferant. Invidi autem & obtrectatores erubescant, & concidant. Nam quid est quod hiscere valeant contra Græcum autorem, & doctissimum hominem. Dixi de Eustatio. Quid Aristoteles ipse, nonne hæc eadem probat? Certe non minus aperte, sed si dici potest etiam clarius. Docet enim in principio Ethicorum libro, bonorum alia esse laudis, alia venerationis. Vult autem laudis
esse

esse virtutem, ac cætera huiusmodi bona. Venerationis autem esse præstantiora quædam ac diviniora. Tale, inquit, esse deum, & τὸν αὐτὸν, & ad hæc enim & alia referri dicit. Minus tibi probare videatur, quam Eustatius τὸν αὐτὸν designare non bonum, sed summum bonum. Nam si τὸν αὐτὸν declararet idem quod bonum, cur diceret præstantius aliquid esse, quam bonum ac deo comparari. Quid Boëtius vir doctissimus? Nonne ex hac eadem paritate ab Aristotele sumpta τὸν αὐτὸν summum bonum appellat? Duo, inquit, summā bona, quæ inter se diversa esse non possunt. At deum & beatitudinem summa bona esse concessimus. Quod Aristoteles τὸν αὐτὸν dicit, Boëtius summum bonum exponit, cum deum τὸν αὐτὸν duo summa bona esse conceperet. Quid ad hæc respondebunt latratores isti non Græcarum modo ignari, verum etiam latinarum literarum, qui tempus non in discendo, sed in carpendo consumunt fuciapium & sicophantæ. Docebo & præter has autoritates antiquum interpretem seipsum damnare. Quomodo hoc? quia in principio verbum τὸν αὐτὸν bonum exponit, dicens, bonum quod omnia appetunt, postea vero procedens in opere, dum Aristoteles inquit

quit tale esse ideum & τὸν αὐτὸν, vixit iam
re ipsa, ac planè degeneratus, quoniam illi
dicebatur aperte τὸν αὐτὸν præstantius ali-
quid esse, quam bonum, non est ausus ex-
ponere tale esse deum & bonum, ne in ma-
nifestam dissonantiam caderet, sed dixit
tale esse deum, & per se bonum. Eodem
modo in libro huius operis decimo,
cum Aristoteles inquit, quod omnibus
bonum sit, & quod omnia appetunt, id
esse τὸν αὐτὸν, vicit absurdum esse, ac stare
non posse si exponeret, quod omnibus
bonum sit, & quod omnia appetunt, id es-
se bonum, exposuit ergo & ibi per se bonum.
Atqui cum in decimo libro proponit
per se bonum, quod omnia appetunt.
Non enim primis ultima, sed ultimis
corriguntur. Ad quem profectum
orem emendandum non tam voluntatis
lum, quam necessitas perduxit. Magna
quidem est veritatis vis, magnumque no-
men, ac de primo ad extremum una atque
eadem mira inter se apta, catenataque
series rerum. Nam vero omnia conso-
nant, omnia succedunt, falso autem cum
semel dictum fuerit veritas, dissonat acre-
fragatur, & quasi obliquum multa offendunt:
Quod hic accidit. Quod enim fal-
so expositum fuerat, multa postmodum
reclamatabant, ac refragabantur, donec se-
ipsum

psum uti corrigeret, vi adegerunt. Nam illud sanè dici haudquaquam potest, ut r' ἀγαθὸν utrumque significet, cum Aristoteles præstantius aliquid designare afferat, quam bonum, & Eustatius nihil aliud esse quam primum bonum. Denique r' ἀγαθὸν & felicitas idem est, at bonum & felicitas non idem. Patet igitur antiquum interpretem male interpretatum fuisse cum dixit bonum quod omnia appetunt, sed an postmodum bene cum inquit, per se bonum, fateor minus vitiose, inepte tamen. Nostri enim illi præstantissimi atque doctissimi, Ciceronem dico & Augustinum, & Lactantium, & Boëtium, nunquam dicunt per se bonum, sed summum bonum. Afferre possum testimonia singularum permulta, ni prolixitatem vere rer. Sed tamen Boëtium supra ostendimus dixisse, duo summa bona, quæ inter diversa sunt, esse non possunt. Eodem modo Tullius: Epicurei, inquit, summum bonum voluptatem esse contendunt, & alio loco facit Lucius noster prudenter, qui audire de summo bono potissimum velit, hoc enim constituto, in philosophia constituta sunt omnia. Et paulo post, summum bonum si ignoret, vivendi rationem ignorare necesse est. Lactantius quoque inquit, Epicurus summum bonum

bonum in voluptate animi esse censet: Aristippus in voluptate corporis, Peripathetici autem in bonis animi & corporis, & fortunæ summum bonum colloca-
runt. Horum ergo nullus dicit per se bonum, sed summum bonum. Quam igitur causam habet interpres ille à consuetudine doctissimorum virorum rece-
dendi? Non credo fuisse usque adeo sibi arrogantem, ut Tullium & Augustinum, & Boëtium, & Lactantium damnaret in ver-
bo, ac melius putaret se dicturum, sed illud magis, doctos istos viros nunquam ab eo lectos fuisse. Itaque latinæ ignarus linguae, verbum de seipso finxit, quod ne-
mo eruditorum unquam posuerat. E-
nimvero quod & hoc ipsum vitiose hinc licet intueri, quia quæ propter se & propter aliud expetuntur, per se bona sunt, non tamen summa. Nam summum idem quod semper propter se, & nunquam propter aliud. Quare nec dum bonum τὸν οὐνού exponit, nec dum per se bonum, defendi potest, quominus errasse depenhen-
datur. Enim vero dicet quispiam, tu quemadmodum defendes omnia summum bonum appetere? Iam enim si hoc inquis lapidem appetere summum bonum, tibi fuerit confitendum. O argutias insulsas, quanquam tu potius hanc defensionem ab

Ari-

Aristotele exigas oportet, quam à me.
Nam ego interpretis officio functus sum
ut in Græco positum fuit, sic in latinum
reddidi. Sed tamen si aliqui supra inter-
pretem dicere me oportet, potest ne esse
quicquam insulsius ac puerilius, quam
dum Aristoteles de bono loquitur huma-
no, ad lapides & huiusmodi insensa cavil-
lationem traducere. Quod qui facit, la-
pideus plane insensatusque ipse est. Sic
enim proponitur ab Aristotele: Omnis
ars, omnisque doctrina similiter autem
actus & electio bonum quoddam appe-
ttere videtur. Hæc omnia videlicet ho-
minum sunt, non lapidum neque bestia-
rum. In libro quoque magnorum mo-
ralium inquit, non de simpliciter bono
nobis dicendum est, sed de bono quo ad
nos. Non enim quærimus deorum bo-
num, nam de illo illa ratio aliaque consi-
deratio esset. De bono igitur humano
dicendum est. En quid Aristoteles pro-
ponit & sentit? Omnia vero humana sum-
mum appetere bonum, ac illius causa
omnes agere, nemo sanæ mentis unquam
negabit. Quin etiam si inepte placet ac
in verbo cavillari, dabis tu mihi lapidem
bonum appetere, sic enim tibi necessa-
rium est, secundum primum interpretem:
quod si feceris, ego summum bonum ap-
pete-

petere concedam. Neque enim recipiendum est, lapidem, si modo quid appetit bonum sibi appetere, non autem optimum. Hæc ad te Hugo doctissime pro græci cognitione verbi scribere libuit, ut ipse certior factus, valeas ambigentibus constanter & intrepide respondere me non ad casum, neque temere, sed certa ratione & intelligentia Aristotelis verba, ut in Græco sunt, ita in latino fideliter convertisse. Vale.

II.

Leonardus Thomæ Cambiatore S.

Divitias in bonis numerari quodammodo à philosophis, ostendit.

Non usque adeo delectassent me literæ tuæ, si omnia mea laudibus extulissent, sicut delectarunt hoc ipso quod quædam refellere improbareque nitebantur. Hoc ego amici esse puto, illud adulatoriis, sed patere quæso & tu æquo animo vicissim à me redargui. Nam quod aīs, ne de iis rescribam, perquam iniquum foret. An tu me ictu tuo percellas, & undique oppugnes, ego neque resistam? Fieri hoc natura ipsa non sinit, quæ etiam apibus mellis,

lis, dulcorisque factricibus aculeos tradidit, ad vim, si qua sibi inferatur propulsandam. Contentio tamen nostra non pertinax est, nec odiosa, sed modesta & liberalis, propositumque in ea sit, non superandi studium, sed indagatio veritatis. Denique, ut ait Cicero, controversemur inter nos, non autem certemus, libellos quosdam è meis Ferariam delatos legisse te nuper significas, de quibus ad me scribens, cum præcipuis multa laudibus attollas, unum tamen acriter detestaris, quod divitias in bonis numerari à philosophis dixerim: hoc tu à me scriptum usque adeo indigne fers, ut contra vociferando ac reclamando pene raucescas. Ego autem duorum in hoc tuo crimine reddendam mihi rationem puto, primum loci, num alienum fuerit, & ineptum. Deinde ipsius rei, num falsum sit & erratum, quod ita scripsierim. Constatbit enim, si locus dicto congruens fuerit, & sententia vera, tuam hanc reprehensionem, ut leviter dicam, esse non rectam. Primum igitur de loco videamus librum Aristotelis, qui inscribitur, ἀκονομή in latinum verteram. Id munus amico familiarique meo homini & docto & suavi destinaveram. Disciplina eius libri ferè est circa patrimonium augendum, ipseque idem inquit alio

L

loco

loco œconomicæ finem esse divitias. Ego igitur hunc librum mittens ad amicum quid præfari in proœmio debui? An videlicet esse in eo libro præcepta Aristote lis ad divitias comparandas, ipsas vero divitias pernicioſas esse atque malas, fugiendas denique & abominandas? Et quis legeret, si hæc dixissem? Quis munus meum non contemneret? Quis Aristotelem ipsum non carperet, quod de malis rebus acquirendis disciplinam tradidisset? Atqui si ulla est dicendi ratio atque ars, proœmio virtutem hanc traxit, ut benevolum, ut docilem, ut attentionem faciat auditorem. Quam ergo benevolentiam sibi comparabit, qui disciplinam malarum rerum de Græco in latinum vertisse amici gratia dicet? Quam docilitatem vel attentionem, qui nocturna fugiendaque se scripturum promittet? Vides ergo Thoma, quid ratio, artificiumque dicendi exigat, ea videlicet ut dicere quæ dixi, & quod tu quidem reprehendis artificiosum est, quod autem laudas contra artem. Locus igitur vel maxime hoc exigebat, cuius tu etiam diligens rationem habere debuisti. Est enim prudentis lectoris, attendere quo quidque loco dicatur, ac pro eo accipere pro quo datur. Venio nunc ad ipsam rem. Divitias in bonis numerari à philosophis dixi,

dixi, utrum tu hoc ita reprehendis, quasi non dicant philosophi, an ita quasi non verum dicant. Si eos dicere negas, sed à me falso configi, audi quæso Aristotelem, cum omni Peripateticorum turba asserentem, tria esse bonorum genera, externa, corporis, & animi. Sin hos falsos esse dicis, non tu iam me, sed illos reprehendis. Quare vide etiam atque etiam quid agas, teque circumspice & expende, nunquam tuum sit adversus Aristotelis & Theophrasti, Cratippi, & aliorum pene innumerabilium philosophorum autoritatem, quasi tu unus plus sapias, refragi. Quid Plato ipse, ut ita dixerim, philosophorum deus, quid inquit in Gorgia? Nihil est, inquit, ex omnibus quæ non aut bonum sit, aut malum, aut medium. Bona sunt sapientia, valitudo, divitiæ. Mala vero horum contraria, neque bona, neque mala, ceu federe, currere, navigare. Potes igitur me reprehendere, quasi non verum scripserim, cum hos philosophorum principes tam aperte divitias numerare in bonis cernas. Aut turpe est me scripsisse, quod Plato ipse & Aristoteles tradidere. Enimvero Epicurus contra sentit. O rem pergravem, & non ferendam. An non pudet adversus hos duos philosophias Soles, Platonem dico & Aristotelem Epicuri

tenebras inducere: qui si divitias in bonis non putat, ob id movetur credo, qui prodigos & affotos, id est, pro obscenis voluptatibus patrimonia devorantes sua, beatos censet. Hunc tu hominem sectaris, quæso aut placere tibi, vel fano alicui potest, qui in re tam turpi felicitatem posuerit. Quid insanius, quam à Platone & Aristotele discedentem? Epicuro inhærente damnato iam pridem, atque, ut ita dixerim, in philosophia hæretico. Sed quæro ex te, qui longam iuri operam, laudabilemque dedisti, num & iurisconsultos tantæ autoritatis homines tam prudentes, tam doctos delirare censes? At qui hos quoque in philosophia eruditos prædicatis, & ipsi non abnuunt, veram, nisi fallor, philosophiam non simulata m affectantes. Hierogio iurisconsulti veræ ac non simulatae philosophiæ sectatores, quomodo nuncupant hæc externa? utrum media, an mala vel bona? pleni sunt eorum libri, in quibus bona appellant. Tu ipse quæso, qui de hoc tam pertinaciter contendis, si iudex pro tribunali sedens, in possessionem bonorum mitti iubes, utrum de virtutibus sentis, an de fundo & pecuniis? Igitur pertinacia est aliter loqui velle, homines loquantur, contemnere sophos, Platonem & Aristotelem despice-

re, iurisconsultorum autoritatem pro nihilo putare, illos parum vidisse, nos omnia cernere arbitrari. Bona, inquis, à beando dicuntur, externa vero facere beatum non possunt, nec sunt. Hæc tua ratio, ut video, tibi peracuta videtur. Est autem obtusa vel potius fallax, primum enim quod tu tanquam concessum tibi assumis, bona à beando dici, M. Tullius scribit, se unde dicantur bona ignorare. Itaque vide, ne ut in philosophia plus tibi pene arrogas, quam Aristoteli concedas, sic in linguae latine ratione plus te scire, quam M. Tullium contendas. Quod nullo modo tibi permittemus. Quid enim commune habet bonum & beatum, præb literam? Itaque quid magis à beando quam à bibendo bona dici interpretari potes? Hoc autem perempto, & totam rationem tuam perimi vides. Quin etiam si quis tibi dederit, a beando dici bona, efficere tamen eo concessu nil potes. Hæc enim externa ad beatitudinem pertinere dicimus, atque inde si tu ita vis, nuncupari bona, quia sine illis beatus esse nemo potest. Nam nec animi quidem bona si sola sunt, beatum facere possunt, nisi forte hunc in Phalaridis tauro constitutum dicas beatum fore, quomodo tu, ut opinor, beatus esse nolles. Ego certe

ut affirmare de me valeo, hanc beatitudinem calamitosam longe aspernor, ac satis esse puto, qui non miserum esse concedamus, beatum vero dicere in carcere, in tormentis, in ægestate, in suppliciis, in trucidatione filiorum, vereor ne vox sit illa non hominis quidem, sed cautis potius cuiusdam & scopuli humanitatem penitus omnem à se reiectis. Virtus enim bonum quidein virum efficere potest, ad beatum vero faciendum ipsa per se non est satis. Aggregatio enim bonorum existat oportet. Atque ut anima quam corpus longe præstantior est, corpore tamen indiget, ut sit homo, sic & animi bona longe præstantissima esse fateor, indigere tamen corporis externisque bonis, ut sit felix. Recte quidem Aristoteles non solum in illa felicitate, quæ est per fortitudinem & iustitiam, cæterasque negotiosas virtutes, verum etiam in illa contemplativa & ociosa putat exterius opus esse bonis. Sic enim dicit cum de contemplativo loquitur, indigebat quoque externa prosperitate cum homo sit. Non enim natura ipsa per se sufficiens est ad contemplandum, sed oportet sanum esse corpus, & alimenta, cæterumque famulatum adesse. Neque tamen si absque bonis externis beatum esse non datur, ideo putandum

dum est multis ac magnis illum indigere. Sed possunt etiam, qui non maris terræque dominantur felices esse. Hæc de contemplativa Aristoteles censet. Civilis autem illam & negotiosam vitam, longe pluribus indigere fatetur, ad felicitatem. Nam liberali, inquit, opus est pecunia ad liberalitatem exercendam, & iusto ad remunerationes, forti quoque opus erit potentia, si perfecturus sit aliquid secundum virtutem. Denique ad res agendas, inquit, multis est opus; & quanto maiores & præclariores, tanto magis. Vides igitur, in hac civili vita, in qua versamur, multum nos externis indigere bonis: & quanto maiora & præclariora virtutis opera perfecturi sumus, tanto magis: contemplativa autem paucioribus indiget, sed tamen indiget corporis externisque bonis, cum sine iis beata esse non possit. Iuvat nunc repetere verba mea, quæ tu tam acriter carpenda duxisti. Sic enim scripsi: Sunt enim utiles divitiæ, cum & ornamen-
to sint possidentibus, & ad virtutem ex-
ercendam suppeditent facultatem, pro-
funt etiam natis, qui facilius per illas ad
honores, dignitatesque sublevantur. Nam
quorum virtutibus obstat res angusta do-
mi, haud facile emergunt, ut Poëtæ no-
stri dictat sententia. Quare cum nostri

tum natorum multo magis charitate illorum amplificationi, quoad honeste possumus, studendum est, quoniam à philosophis in bonis numerantur, & ad felicitatem pertinere creduntur. In iis, quæso, verbis quid tandem est, quod Aristotelis menti non plane respondeat? Nonne in bonis numerat divitias? Nonne ad felicitatem pertinere dicit? Nonne esse utiles ad virtutem exercendam? Nam de ornamento quidem non bene accipis, non enim de spintere aut fimbria, neque de histrionis auro, sed magnificentia diximus. Hæc enim virtus ad ornatum pertinet, adeoque divitias exigit, ut pauper magnificus esse non possit. Miror igitur, quid in me reprehendas, cum & ob id utiles esse divitias scripserim, quia ad virtutem exercendam facultatem præberent, & prodesse natis eadem ratione, ne illorum virtutibus rei familiaris angustia obstaret. Certe ego non video, cur me penitere debeat ita scripsisse, præsertim cum eo loco scripserim, qui vel maxime illarum commendationem flagitabat. Et enim, si propter se divitias expetendas esse, & unde quaque arripiendas dicerem, merito carperer. Cum vero propter virtutem ac eius exercendæ gratia, tanquam instrumentum quoddam, & addiderim quo

quoad honeste fieri posset, ne studium eius rei nos à recta ratione deflecteret, quid est quod mihi à quoquam valeat imputari? Ad parvos, inquis, & angustos faciemus animos hæc tua commendatio pertinet. Vide ne tu potius hoc agas. Si enim hæc sunt virtutis instrumenta, & celsæ præclaræque res agendæ illa desiderant, cum sine iis fieri non possint, quis parvos & angustos facit animos, egone, qui virtutis exercendæ causa paranda ista dico? an tu, qui omnino paranda ista negas? Denique utri nostrum præstantius animi propositum est? mihine, qui celsa egredi cogito, ac iam instrumenta ad hoc paro? an tibi, qui nihil grande celsumque meditaris? nūquām fatebor, inquis, divitias in bonis numerari. At Plato & Aristoteles confitentur, quorum ego autoritatem longissime antepono tuæ. At vero non nocerent, si bona essent. Quid tu rationem & hanc naturalem intelligentiæ vim homini datam, qua præstamus brutis, nonne in bonis reponendam censes? Acqui reperiuntur qui perverse illa utantur, nec id obsistit tamen, quin sit bonum? At enim bonarum, inquis, rerum nullus inhonestus comparandi modus esse videatur. Tu quoad honeste possumus adjunxisti, quæ profecto res ostendit non es

se divitias in bonis reponendas. Evidem sic existimo & regnum & potentiam reipubl. esse in bonis, tamen horum nullum fraude nobis comparandum esse. Sed quantum honestas & iura finunt procurandum. Injusta enim acquisitio id ipsum corrumpit quod acquirit. Præterea cum utilia omnia instrumenti instar habeant; Instrumentorum autem ea sit natura, ut nimis parva & nimis magna corrumpant usum suum: Siquidem navis & unius tantum cubiti inutilis est, & duorum stadiorum multis, patet nulla in re tantum desiderari modum, quantum in rebus utilibus. Divitias autem utiles diximus esse ad virtutem, in quibus ut in navi exiguitas impedit, superfluitas nihil prodest, itaque & iusta & modesta comparatio in illis esse debet, omnisque illarum amplificatio ad virtutem respicere. Vale & me ama, tibique persuade, tuas mihi literas fuisse non ingratas. Iterum Vale.

III.

Leonardus Poggio S.

*Quare iniuriae cum amico suscepæ fuc-
rint reddit causam.*

REtulit mihi vir optimus Nicolaus ne-
ster, se abste literas accepisse scripsit
Leon-

Londoni pridie Non. Octobris. In quibus amice tu quidem & affecte conquerebare de inimiciis adversum me fusceptis, ab eo si quid grati inesset amicissimus esse debeat. Ego vero angi te hisce de rebus graviterque ista ferre plusquam certissime scio. Novi enim humanitatem & benevolentiam tuam. Atque ut quisque ipse vir bonus ita malefactis alterius perturbatur & angitur. Quæ medius fidius ipse mecum reputans, non alia profecto de causa tibi scribere supersedebam, quam ne te, ut putabam, harum stultiarum ignarum, superflua conficerem onerare que molestia. Totam denique huiusmodi cognitionem mali tuum sub adventum integrum reservare constitueram. Sed quoniam ille, ut est lingua procaci & odiosa, ne in extremo quidem mundi angulo quietum te ab iis molestiis passus est, ac maligna quædam, ut sentio, diversaque à vero suggestit: meum, ut videtur, reliquum fuerit non subticere, ne aut refugere me examen tuum, aut contemnere iudicium putas. Primum igitur tu mihi vel optimus testis esse potes, qualis ego in Nicolaum per superiora fuerim tempora. Tua quidem familiaritas utriusque nostrum coniuncta latere te nihil permisit. Non ambigo illud pro certo tecum ipso

ipso statuere, potius fuisse in me nimum quiddam & superfluum in tribuendo illi quam aliquid defuisse officio meo. Sed ego benignitate quadam naturæ inductus propensiorem me præstiti, non quia hominis demerita non nossem, sed quia illum qui semel in familiaritatem se dederat meam, laudandum mihi honestandumque putaram, nec tantum quid ille mereretur intuebar, quam quantum quid à me decens esset conferri. Omnino, Poggi, huiusmodi erroris caput est quid præpostere agimus in vita, cum cæteris multis in rebus, tum in amicitiis coniungendis. Res enim magna, ut ita dixerim, lentitudine experimentoque indiget, priusquam ad illud de quo dicitur esse verissime commedendum. Sed nos ante recipimus in amicitiam homines, quam audi gni sint amicitia discernamus. Hic autem error & à multis alias, & nunc à me ipso imprudenter facti pergrandes quasdam, & tamen meritas exigit pœnas. Quid enim nunc agam quæsto? Divertamne ab eo, in quo est perversitas ista deprehensa? At multi veteris coniunctionis nostræ memores, ignari stultitiae novæ, quæ in hoc portento nunc erupit, inconstantiam culpabunt meam. Respondebo maledictis eius, qui me tam acerbe & intollerabi-

rabiliter provocat. Multi levem dicent, quod quem prius laudarim, nunc tandem carpam. Tacebo, ac maledicere illum finam. At mortis instar est acerbissime ab eo male audire, quem ipse supra dignitatem suam pluribus locis ornarim. His igitur in malis quid potissimum eligam non satis constituere mecum ipse valeo. Tolerantiam tamen adhuc contra illius rabiem adhibui, sed quandiu id facere possum, & haec indigna perpeti incertum est. At unde ista procella dices? unde turbatio? unde iratum æstus? quod principium? quæ causa? qui fomes? O di immortales, pudeat me levitatem hominis referre. Sed tamen aperiendum est, præfertim cum a te scribam, quem celatum iri nihil oportet. Si causam quæris, Poggi, & initium huiuscæ malæ, respondebo unâ cum Ennio, utinam in nemore Pelio securibus cæsa cecidisset in terram abiegena trabes, & quæ sequuntur. Vna siquidem muliercula, Poggi, una, inquam, muliercula, & ea ipsa turpissima, caput est illius amenitæ, de qua dicam breviter. Tu autem cum legeris hanc epistolam lacerato, ut etiam nunc illius famæ, quamvis inimicissimi consulamus. Ancilla est apud illum, & re & nomine Malvenuta, licet ut quondam

dam Samnites pro Malevento Beneven-tum, dixerat, sic iste pro Malevenuta Bene-venutam soleat appellare. Hæc dudum Forentiæ cum applicuisset, hospitem quæ-rebat uxore carentem, fortuna hanc vel-uti calamitatem quendam in hunc no-strum impegit, non tamen ab initio. Nam primo suscepit illam Ioannes huius frater iunior natu, & quod illa optabat sine uxo-re domum adduxit, in cubiculo atque in famulatu obscoeno compluris habuit men-ses, habitabat hic una cum Nicolao iisdem in ædibus, ita modo ut coenaculis & tricli-niis habitacula sequestraretur. Mulier per hoc tempus diversari ad Nicolaum, & blandiri familiarius cœpit. Quid multa? cum fratre cubantem mulierculam, hic noster severus Cato nil veritus fraterna iura, in suum complexum libidinemque seducit. Hæc tamen ab initio clanculum erant. Murmura modo & prospectus oc-culti, & angulorum latebræ quæreritaban-tur. Sed postquam blanda consuetudo invaluit, & amor flagitio confirmatus in diem exarsit, ut iam eius flamma compri-mi nequiret, non per insidias, neque clan-culum, sed palam & aperte mulierem de fratri cubiculo in suum thalamum recta abducit. Ex quo tantæ confessim lites sunt consecutæ, ut per singulos ferme dies

diēs inter se fratres ipsi digladiarentur: vicina autem omnis non audiret modo huiusmodi nephas, verum videtur. Hic ego quid dicam Poggi? aut potius quid non dicam? Scio enim me non in iudicio tamen agere, ut iudicis animus tamen sit inflaminandus. Sed tamen flagitium tantum, tam atrox, tam detestabile, qui sine increpatione præterit honestatis gus-
tum non habere videtur. Et quid est aliud contemnere divina simul atque humana iura? miscere concubitus ritu pec-
cudum, omnem sanguinis necessitudinem, omnem propinquitatis nexum, detestan-
dæ libidini posthabere quis est infima
ex plebe homo tam sine literis, sine more,
sine honestate, qui incestum adversus fra-
trem non abhorreatur? quem iste, ut vi-
deri vult, literarum studiosus non veritus
est commisisse? Quis tam impudens ex in-
fimo ergastulo, qui si id admisisset facinus,
non occultum esse vellet? quod iste pa-
lam semper tanquam sui oblitus præse-
tulit. Et postea miramur, si ea opinio est
vulgi, vel literarum studio dediti, nec esse
deum potent, nec vereantur, cum huius-
modi monstra hominum Florentia opini-
one pro literatis habiti, ista contra deum
& homines committere non formident.
Ab hoc tempore, Poggi, noster hic amicus

vir

vir nullus fuit. Remansit enim apud eum adultera quam funioti fratri per ne phas abstulerat, in cuius potestate usque adeo ut totus ab illa penderet: Amicos & inimicos illius nutu metueretur. Denique ut Circes illa hospites suos diversas in figuram convertisse dicitur, & alios leones, & alios sues fecisse: sic ista venifica in hospitium, atque adeo in thorem Nicolai recepta, filtris & beneficiis hominem exuit, ac beluinam feritatem amictiamque induxit. Nunquam enim hoc cessavit cum fratribus, cum amicis, cum familiaribus lites continuas exercere. Quinque illi sunt fratres, neminem rum alloquitur, de singulis ea praed quæ tu de siccariis & lenonibus erubris. Laurentium modo habebat inter cipuos amicos, illum sic alienavit, ut tales nunc inter eos inimicitie agite. Ego unus supereram, me quoque dente lacerandum putavit, coepit iam pridem sic adversari mihi, ut præ se ferret, pati non posse, celatim pere, detrahere, infectari, denique suffere, contentiones avidius ceptare, ultro exposcere, ut manifeste apparet non esse illum qui prius fuerat, sed fulculentam quandam bestiam esse consummum. Hæc ego etsi partim cernebam pens,

sens, partim à studiosis mei per absen-
tiā dictu suggerebantur, tamen conni-
ventibus oculis transeunda potius statue-
ram, sed non finit feritas hominis. Ec-
ce enim rufus in furorem vertitur, ac
totam funditus amicitiam tollit ex levif-
fusa causa, quam vide quæso & cognosce
hominis gravitatem. Muliercula, de qua
supra dixi, insolens ac plane victrix, cum
ex fratribus conrivaless fecisset, uxorem
alterius fratri, cui Iacobo nomen est, ho-
nestam sane ac pudicam mulierem assi-
duis contumeliis agitare cœpit. Cum
hæc aliquandiu fecisset ad alios fratres rem
Iacobus defert: Illi iam pridem ardentes
odio, & nunc flagitiī indignitate commo-
ti, non ferendam huius petulantiam cen-
suerunt. Itaque facto impetu in Nicolai
triclinium, spectante illo, meretriculam
capiunt, tractam denique in viam ac dor-
so impositam, natesque nudatam, loris us-
que ceciderunt, plaudentibus vicinis, &
tota multitudine comprobante. Ob hanc
igitur mœstiam non aliter hic noster se
multos dies domi continuit, quam si pa-
rens illi trucidatus fuisset. Venientibus
ad eum consolationis causa lachrymans
respondet, ob leviora iam facinora ma-
gnas urbes fuisse subversas, se quidem
non prius desitum quam scelerorum

fratrum sanguine proprias manus cruci-
 tasset. Hæc & huiusmodi ab illo dicta per-
 tim ridicula, partim iactabunda, &
 ferendæ stultitiae plena ab iisdem con-
 toribus per risum efferebantur, perde-
 se operam in libris coëmundis venun-
 disque, & insanire hominem omnes
 mitabant. Ego vero hæc audiens
 bar animi, & ardebat mens obiurgare
 minem pro huiusmodi ineptiis: natu-
 tamen eius & sautum amore animu-
 ritus, me continebam. Sic enim resi-
 bère videbatur, ut nec ego alloquens
 gravi castigatione, & inorepatione
 levitatisque suæ præteritus esset
 ipsum putabam, quantum assequi
 etura quibusdam, ob agititudinem
 etum reprehensionem meam esse latu-
 sum. Inter hæc venit ad me quidam, di-
 vehementer admirari Nicolaum,
 eum in tanto luctu suo non adi-
 Quid, inquam, miratur, aut quis
 hic luctus est? An quod fratres
 eius, sic enim malui quam concub-
 quam adulteram, quam veneficam,
 meretriculam dicere, castigarunt,
 rem consolatum me venisse ad illum
 tuit? quam præstaret, inquam, ha-
 ptias omittere? Hæc ego ingenuo
 & amice. At ille ubi hæc audivit,

stim, veluti furiis agitatus, incredibili verborum obscenitate in me invectus est, postea nihil nisi inimice, nihil nisi scelesti, nihil nisi capitaliter de me cogitavit. Habes & causam & initium turbæ, Poggi, quod ita leve tibi videri est necesse, nihil ut existimari levius possit. Quid enim quæso in illis verbis meis dignum vel mediocri indignatione fuit? Indignationem dixi, imo quid quod non laudem & gratiam, si modo iste compos mentis, si homo denique, ac non bellua esset, mereretur? ubi est illa amicitiæ lex à sapientibus prescripta? monendos esse amicos, non modo aperte, sed etiam acriter, si res postulet. At qui esse poterat ulla res quæ magis severam amici monitionem posceret, quam hominem, qui literatus, studiosusque per superiorem ætatem habere voluerit, eum nunc amore meretriculæ sic deperire ut lachrymas, & lamentationes, instar pueri, dimitteret? ut sine illa se vivere posse negaret. Ut fabula vulgi ob illius infantiam esse vellet, potius mihi recto iudicio quis succenseat, quod pro re gravi & atroci leviter nimis molliterque admonui. Sed quid agas cum vesano, cum amente, cum furioso, cum eo denique quem iam pridem amor & beneficia obsecrassent, cui rationem ademissent,

M 2

cui

cui nihil reliquissent homini simile, præter corporis figuram? Qui cum levia ab amico dicta non tulerit, quomodo gravia pertulisset? Ego igitur acrimonia abstinens, mitia tantum medicamenta adversus illius morbum intentavi, quem nec ipse quidem æger animus admisit, sed qui pro levibus adeo furibunde in me surrexit, quid fecisset pro acribus? Nonne se se percipitasset? nonne in parietem caput incussisset? & me provocat maledictis homo stolidus & insanus. Mitto quam indigne, quam immerito, quam nulla ex causa contra amicum, contra familiarem, contra illum qui pluribus eum locis literarum suarum honorarit. Mitto, inquam, ista atque prætereo. Sed an usque adeo demens factus est, ut nec se se, nec imbecillitatem suam recognoscat? Qui, nunquam, verba duo Latina ob infantiam linguae stuporemque cordis ac enervatam adulteriis mentem coniugere potuerit. Is me provocat maledictis. Nescio an in hoc uno plus insania eius conspicua fiat, quam in cæteris erratis omnibus. Quem ego, nisi me respectus superioris amicitiae tenuisset, tam transfixum verissimis maledictorum spiculis tradidissemem memoriae hominum sempiternæ, præsertim cum tanta sit in eo ubertas materiæ nulli ut deesse

leesse possit oratio. Ut autem ad te, Poggi, revertar, habes rem totam, ut verissime gesta est. De qua si recte iudicare volueris, multa sunt in illo quidem, quae non condemnes modo, verum etiam detestabis. In me autem reprehendere quisquam possit, non equidem intelligo, nisi orte patientiam nimiam. Si ego ratione certa id feci, vel quia contemno hominem, præsertim insanum & furentem, vel quia rationem habere malui superioris amicitiae, quam iusti doloris mei. Id vero difficilius mihi fuit, quod ille nihil penitentia habet, nullo usu superioris coniunctionis retinetur, sed in maledictis continuo perseverat: ut vereor iam ne lentitudo ista mea ad ignaviam & socordiam mihi imputetur. Tu es primus ad quem de his rebus scripserim, & hoc excitatus liberis tuis. Nam ipse tacere constituebam. Quod si tandem reiecta per amiciam, gladium orationis in hunc provocatorem strinxero, faciam ut omnes intelligent, quantum sibi lucrum fuerat in istam dimicationem non descendisse. Vale.

IV.

Leonardus Papæ S.*Secretarios honore & dignitate ex-
cellentes advocatis.*

Novam litem, beatissime pater, (*) secretariis beatitudinis tuæ per advocates consistoriales moveri audio, in progressione pompaque solenni, de cohaerentia Pontificis contendentes. Ego igitur tanquam clamore accitus accorro, ad locum defendere meum pro virili proprio rationes colligens, quæ pro iustitia nostra contra illorum iniuriam facere vindentur. Primum igitur incipiam ab eo quod observatum confexi. Memini quidem me tribus coronationibus Romanorum Pontificum interfuisse, Gregorii, Alexandri, Ioannis. In quibus omnibus advocati nobis præire iussi sunt, quoniam in remanendo honor habebatur. Idem quoque cæteris in progressionibus servatum vidi. Quamobrem magnopere quidem admiror, cum mos & consuetudo hactenus ita fuerit, quid nunc novi impellat ad ista retractanda. Neque enim illud, ut credam, adduci possum eos sci-

(*) Ad Martinum V.

licet moveri quod secretariorum qui nunc sunt personas contemnunt. Habet enim quod sine arrogancia dictum velim, officium hoc excellentissimos quosdam viros, & scientia, & doctrina, & eloquentia præstantes. De quibus etiam gloria, sedes Romana possit, qui non recusabunt si contemni se sentiant in comparatione illorum devenire. Enimvero personas secretariorum nequaquam contemnunt, sed officii dignitate se præferendos astumant, & de hoc uno controverbia est, non de scientia, nec de virtute hominum, sed de officiorum præstabilitate que dignitate. Si ergo officiorum virorum inter se comparatio quaeque quasi contentio facienda est, & utrumquem sit dignius, quod Pontifici adhaerent querendum, idque unum in iudicium venit, redeo ad id quod primo loco posui, usus & consuetudine iam pridem receperum esse ut secretarii præferantur, quod non sine causa probabili factum existimare debemus. Deinde si omissa consuetudine, officia ipsa per se considerare velimus, secretarios de sui natura Pontifici adhaerere, advocatos autem longe disiunctos esse reperiemus. Neque enim latere nos debet, quia secretarii Pontificis sunt secretarii; advocati autem non Pontificis sunt

sunt, sed litigantium advocati. Atqui permagnum id quidem, & quasi totum in præsenti iudicio. Nam cuivisquisque est, ei notum cohæreat necesse est. Apparet autem secretarios Pontificis esse, advocates autem litigantium, ex quo fit, ut alter suus Pontifici revera sit, alter extraneus & impertinens. Veritas ergo ipsa subtiliter intuenti ostendit, secretarios è sinu Pontificis quodammodo esse, illique velut membrum inhærere, advocates vero longe disiunctos esse. Ego igitur in pompa, progressuque solenni eum, cuius sum secretarius, Pontificem sequor, ei que, ut ratio dictat, inhæreo: tu vero eos quorum advocatus es, litigantes sequare, illisque inhæreas. Qui cum nullum omnino locum in solenni progressu obtineant, mihi tu forsan si recte iudicetur obtinere debeas, & tecum bene agi putare, si non omnino repellaris. Medium autem interponere te inter Pontificem & secretarios suos, nec rationabile sanè, nec tolerabile est. Vis igitur & natura utriusque officii alterum inhærere, alterum disiunctum esse ostendit. Quid autem nomina, nonne hoc idem probant? Et quis non videt secretarii nomen penetralem quandam cognitionem rerum Pontificis dicere, maximeque coniunctam & cohærentem

tem designare personam. Advocati autem nomen longinquum hominem, alienumque significat. Cum enim tres in iudicio persone necessario versentur. Iudex, actor, & reus, horum nullus est advocateus. Sed est alienus quidam ab actore vel reo mercede conductus, ad litigandum, qui quod ab alio, cuius his erat, vocatur, advocatus appellatus est. Quae rigitur huic homini cum Pontifice coniunctio sit, qui ad rem alienam & privatam non a Pontifice exhibetur, sed a litigatore conductitur, cuius et munus hoc potest, ut longinquo clamore Pontificem exhibetur, secreto autem affari suspiciorum. Quid est ergo aliud confundere ordines, perturbare officiorum munera, deiicere a capite membra, quam postulare ut secretarii procul a Pontifice submoveantur. Advocati autem in propinquum confistant, ut quibus secreto loqui expedit, in longinquo sint, quibus clamore uti conveniat, lateri cohærent. A dignitate præstabilius est advocatorum officium, imo nec secretariorum dignitati par. Sic enim cogita: Res curiae, ut mihi videtur, bifariam dividuntur, in litigiosas scilicet & quietas. Cumque de sui natura quietæ res litigiosissime præferendæ, litigamus enim ut quietem nanciscamur,

advocatorum officium in iis rebus versatur, quæ molestias & lites & odia continent. Ex iis pabulum querit, & quasi alitur advocatorum opera. Secretariorum vero in pacatis transquillisque rebus magis versatur, quæ proculdubio litigiosis sunt digniores. Est igitur ratione subiecti secretariorum officium dignius ac præstabilius: Præterea lites omnes odibiles sunt, partibus tamen nonnunquam necessariæ, advocatis vero nunquam. Ex quo fit, ut sponte lites & odia sectari videantur, quod nec honestum sane, neque gloriosum est. Quod si decretales, epistolas & rescripta Pontificum advocati allegent, & quod in illis cognoscendis interpretandisque versentur, ideo se præferendos putent, meminerint quæso decretales illas atque rescripta secretariorum dictata etiam atque composita. Quæ enim tum advocate legis, quæ interpretaris, ex quibus argumenta detorques, quarum sententiam admiraris, ea, in quam, verba omnia secretariorum sunt. De nostris vos manibus fundamenta ipsa officii vestri percipistis, nos vero nihil à vobis percipimus. Vtrum igitur officium dignitate præcellit? idne quod tradit alteri, atque prescribit? an id quod suscipit atque observat? Insuper id officium dignius est exi-

existimandum, quod cum maiori con-
grat dignitate. Secretarius autem of-
ficium cum episcopali dignitate concur-
rit, nec eam dedecere videtur. Fuerunt
profecto iam pridem alii perimulti, sed no-
stra ætate Franciscus Aretinus episcopus,
& Bartholomæus Cremonensis: & post-
quam ipsi facti sunt in officio secretaria-
tus, perseverarunt. Advocationis autem
officium episcopalis dignitas despicit, at-
que abhorret, nec decere episcopum ullo
modo videtur. An igitur dubium est,
quin secretarius officium & honestius &
dignius sit existimandum, cum episcopa-
lis excellentia, quæ maxima est, hoc non
dedignetur, illud respiciat? Diximus de
præstantia dignitatis, qua proculdubio
præcellere secretarios docuimus, nunc
autem de commoditate dicenda pauca
sunt. Evidem sic existimo, multa inter-
dum ita constituta fuisse, ut ad commodi-
tatem haberetur respectus. Neque enim
possunt res agendæ præfertim ingentes &
multæ, nisi certis commoditatibus expe-
diri. Est aliquis, qui secreta Pontificis ex-
cipere debeat, hic propinquus assit, vul-
tum eius intueatur: nec verba modo, sed
nutum etiam præstoletur. Est aliquis,
qui pro litigatoribus proponere ac loqui
ad Pontificem palam debeat. Hic inter-
litiga-

litigatores suos consistat. Ab iis rem crebro audiat atque doceatur, neque Pontifici hæreat cum eius cohærentia inutilis sit, & alios impedit, qui utiles esse possunt. Hæc dispositio atque hic ordo in rebus constituendis semper valuit plurimum, & valere debet. Videmus notarios Papæ antiqua consuetudine hoc uno respectu episcopis esse prælatos. Non enim dignitate ut antecedant episcopos receptum est, sed commoditate, quod ii sacros Pontificis affatus excipere, illiusque iussa mandare literis solerent. Vnde notarios appellatos constat. Si ergo horum officium, ut videmus, obsolevit, nihilque præter nomen inane illis relictum est, secretarii autem illorum vicem subierunt, ea que apud Pontificem gerunt, quæ ab illis gerebantur, eadem patientia ferant advocati secretarios sibi honore anteferri, qua episcopi notarios dudum antelatos sibi pertulere, præsertim cum episcopalis ordo dignitate longe supereret notarios. Advocati autem dignitatem non supererent secretarios, imo neque pares illis sint, & commoditatis ratione, ut probavimus, supererentur.

F I N I S.

LEONAR-

LEONARDI ARETINI
LIBER SEXTVS.

I.

Leonardus Marafio Siculo S.

*Qualem furorem Poëtis adesse
 oporteat.*

FONS quidam, si fabulis, picturisque credimus, esse perhibetur, in quo senes demersi iuventam recipient. Optandissimæ profecto limphæ, & quas opere pretium sit ad hybernia Thaprobanam usque peregrinando disquirere. Sed aliis quidem ubinam gentium revertantur investigare sit cura, mihi vero tunc carminibus tuis mirabilissimi fontis huius latices, ut vere dixerim, superfudi, juvenescere profecto me sensi statim, atque illa perlegi, graviorique deposita æta te ad iuventam reduci. Natura hoc fieri dicimus, an alia quapiam ratione, ut in eorum affectuum quos attente inspicimus, similitudinem traducamus, quod in risu & fletu licet intueri. Te igitur amantem inspiciens, ac toto affectu effuse loquentem, disperiam ni ipse quoque amare inceperim. Sed ante omnia illud discutien-

tiendum est, quod de furore scripsisti, inquiens: Indulgere velis nostro Aretine furori; id alius forsitan aliter, ego certe sic accipio, quasi laudis furor sit, non vituperationis. Sunt enim furoris, ut à Platone traditur, species duæ: una ex humanis proveniens morbis, mala profecto res ac detestanda: altera ex divina mentis alienatione. Divini rursus furoris partes quatuor, vaticinium, mysterium, poësis, & amor. Iis vero deos totidem præesse veteres putaverunt. Nam vaticinum Appollini, mysterium Dionysio, poëticam musis, amorem Veneri tribuebant. Et vaticinium quid tandem sit, nemo fere, qui modo aliquid legerit, ignorat. Est enim divinatio quædam, sed non omnis divinatio vaticinum est. Sed illa tantummodo, magnam ubi mentem animumque Delius inspirat vates, aperitque futura, ut Maro inquit. Nam aruspices & augures, & conjectores, ac cætera huiusmodi turba, nec vates quidem ipsi sunt, nec eorum opus vaticinum est, sed sanorum hominum prudentia, & ingeniosa rerum futurarum conjectatio. Mysteria vero circa religionem, expiationsque divini numinis versantur, cum vehementiori quadam mentis incitatione. Qualia ni sacris libris permulta ad placandam cœlestem iram,

qui-

quibusdam suppliciis factitata leguntur. Poëma quoque eandem fere determinationem recipit, quam & de vaticinio supra dicebamus. Non enim omne opus poëma est, ne si versibus quidem constet, sed illud præstans, illud hac honorata nuncupatione dignum, quod afflatu quodam di-
vino emititur. Itaque quanto vatici-
nium coniectioni dignitate præstat, tan-
to poëma, quod ex furore fit, sanorum ho-
minum artificio est anteponendum. Hinc
illæ sunt à bono Poëta, quasi vesani homi-
nis emissæ voces : unde iubetis iræ dæ. Et
Virgilius :

*Dicam horrida bella,
Dicam acies, actos animis in funera reges,
Tyrenamque manum totamque sub arma
coactam*

*Hesperiam, maior rerum innascitur ordo,
Maius opus me veo.*

Quod totum vaticinantis more prolatum
est à Poëta. Quid ergo vaticinium, quid
mysterium, quidve poëma, hactenus mihi
dictum sit. De amore etiam postea dice-
mus. Nunc autem illud ostendendum
est, has furoris species, de quibus supra di-
ximus, non esse malas, primum enim ut à
mysteriis incipiam, quis alienationem
istam ac furem, & quasi abstractionem,
raptumque hominis circa rem divinam,
dixe-

dixerit esse malum? quis vero non bonum atque laudabile? Amplo me in loco versari sentio. Extant enim exempla penae innumerabilia divinorum hominum, si forte liceret hac in parte orationem extendere. Sed prolixitatem in re conspiciua reiiciendam censeo. Circa mysteria igitur furorem non esse malum constat. Quid autem vaticinii furorem illum quoque non esse malum, vel eo patet, quod bona permulta ab illo proveniunt. Sybilla quippe & huiusmodi furentes quidam dum essent, publice & privatum multis profuere, sani vero exiguis aut nullis. Poëtæ quoque tunc demum boni existunt cum suo illo corripiuntur furore. Qua de causa vates eos nuncupamus, quasi furore quodam correptos. Qui vero absque furore musarum poëticas ad fores, ut inquit Plato, accedit, sperans quasi arte quadam Poëtam se bonum evasurum, innis ipse atque eius ars præ illa quæ ex furore est, hæc quæ ex prudentia disperditur. Poëtarum ergo furor à Musis est, amantium vero à Venere. Oritur autem ex veteræ hic pulchritudinis contemplatione, cuius effigiem visu intuentes acerrimo, ac violentissimo sensuum nostrorum stupentes, ac velut extra nos positi, totis affectibus in illum corripimur, ut non minus vere

vere quam eleganter dictum sit, Amantis
inimam in alieno corpore vitam ducere.
Hæc igitur vehemens occupatio atque
correptio amor vocatur. Divina quæ-
dam alienatio, ac veluti sui ipsius oblivio,
& in id cuius pulchritudinem admiramur
transfusio. Quem si furorem ac ves-
niam appellas, concedam equidem, atque
fatebor, dummodo intelligas neque Poë-
tam bonum esse ullum posse, nisi huius-
modi furore correptum, neque futura
prævidere vaticinantes, nisi per huiusmo-
di furorem, neque perfecte atque eximie
deum coli, nisi per huiusmodi mentis aliena-
tionem. De furore igitur hactenus mi-
hi dictum sit provocato verbis tuis. E-
quidem si talis est furor tuus, qualem ipse
modo descripsi, non modo indulgeo illi,
quid me flagitas, verum etiam ultro te ad
illum cohortor. Qui enim amorem vi-
tuperat. Quid tandem dici potest, nisi
dignum esse illum, qui extremo in odio
cunctorum versetur. Sed hæc satis in
epistola, præsertim quæ longitudinem re-
nuit. Carmina vero ipsa tua atque hanc
scribendi amœnitatem usque adeo probo,
ut inter Nasones & Propertios & Tibul-
los te existimem collocandum, ii enim
emendatissime ornatissimeque omnium
elegiam scripsisse putantur. Sed unum

N

scias

scias volo, me non tam tibi eximis
hanc palmam esse tribuendam existimare
quam amori. Ille est enim qui verba
bi dictat, qui sententias ostendit, qui va-
riatem & copiam, & elegantiam sub-
ministrat. Quod vero me tantopere
laudas carminibus tuis, fateor idem mi-
hi quod Themistocli evenire. Sed non
ego credulus illis. Nam conatum esse
me atque conari, cæterum longe abesse
Te vero nequaquam adulatum, sed bene-
volentia mei deceptum, intelligo. Vale,
& quotidie scribere aliquid ut facis di-
gnum amore & musis ne cesses. Gloria
quippe agendo periclitandoque acquiri-
tur. Nec spectantibus coronæ, sed cer-
tantibus parantur. Iterum vale, Floren-
tiae Non. Octobris 1429.

II.

Leonardus Poggio S.

Aristotelis vitam describere cupit.

Nihil opinor me iuvissent commenta-
ria illa tua de bibliothecis Germano-
rum eruta ad vitam Aristotelis compo-
nendam, hoc enim ipsum quod tu ma-
gnificere videris, triennio scilicet in di-
sciplina Socratis illum fuisse, priusquam
Platoni se tradiceret, perridiculum esse sci-
to.

o. Socrates enim, ut tempora ipsa ostendunt, aliquot prius annis obierat diem, quam Aristoteles nasceretur. Quomodo gitur discipulus eius esse potuit, qui non rat. Nec ego id ipsum quod tu scribis ignorabam, à quibusdam parum eruditis raditum, legeram nanque & ipse huiusmodi ineptias, sed quia falsum sciebam, enitus reiiciendum putavi. Ad octagesimum primum ætatis annum Plato viam perduxit, eo adolescente Socrates ex damnatione illa nefaria veneno interiit: Aristoteles autem longe postea Platonum plane seni & maiori sexagenario cœsit. Inter supremum vero Socratis iem, & Aristotelis exortum, anni circiter quatuordecim interfuisse comperiuntur. Huic ergo scriptori tam manifeste eliranti, ego aut de Platonis statua & pigrammate, aut de cæteris erratis fidem ræstem: quanquam de statua quidem, & maxime verum fore, vulgarior tamen a res est quam ut literis mandari expiat. Non enim omnia in describenda ita sunt congerenda, sed illa duntaxat uæ notatione sunt digna. Statuas vero philosophorum usitatissimum fuit discipulū habere. Vnde illud est Poëtæ, quasi ridentis. Quanquam plena omnia gypso hisippi invenias: nam perfectissimus

horum est, si quis Aristoteli similem v
pithacon emit. Et iubet archetypos p
theum servare cloanthas. Et Cicero, p
pe statuam Platonis consedimus. Ha
igitur dixisse velim, quo intelligas me le
te admodum & morose singula confu
rasse, quæ in illius vitam conieci, nec q
quam ponere voluisse, quod aut falsum
aut leve, aut ineptum censuerim. De
nio autem quod postulas, nunc fieri no
potest, quoniam id volumen apud que
dam ex familiaribus exemplum scriber
præbet. Vale.

III.

Leonardus C. Lucensi S.

Iudiciorum quendam certum ordinem esse.

A Equum fuerat, egregie vir, si quid à me
per literas tuas quærebas, expedire
responsonem meam, non autem & que
rere simul & tibi ipsi respondere. Quam
autem nanque omnis de re dubia conu
vit esse. Terminatio autem certitudinis
flagitat. Quod si hæc licentia hominibus
tribuatur, ut & narrent ipsi rem suo arti
tratu & falsa pro veris, incogniti per
agnitis afferant. Deinde ipsimet senten
tiam ferant, quæ autoritas erit huius
modi iudicio, quod non meritum cati
sed

ad libido expreſſerit, in quo idem accu-
tor & iudex, idem disceptrator & actor,
idem testis & adverſarius reperitur. Ve-
rus iudiciorum ordo personas diſtinguit,
et ſic aliis accuſator, aliis deſenſor, aliis
iudex. Controversia vero omnis fere li-
gantibus eſt aut facti, aut iuris. Si de
icto ambigitur, tabulis, teſtibus, ſignis,
rgumentis, coniectura probatur. Si de
ire, æqui vel iniqui ratio in medium ve-
it. Sed ante omnia factum diſcutiatur
portet, fruſtra nempe de iure quæritur,
bi factum non conſtet. Hæc ut vides
om̄mūnia ſunt. Nunc ad noſtra regre-
liamur, ut intelligas, quibus conveniat
nter noſ, & de quibus adverſemur inter
noſ, & cernas quam multa deſint, ad veri-
atem conclusionis tuæ non potuiffe ſalva
ide contra Paulum Gumisium inferri bel-
um à Florentino Populo: dicis cum eſ-
et idem ipſe pro adhærente eiusdem po-
puli in pace nominatus. Noſ autem no-
minatum conſitemur, & tamen ſalva fide
ellum ſibi inferri potuiffe affirmamus.
Hæc igitur prima quæſtiō iuris eſt. Quid
u per huiusmodi nominationm remitti
rioſes iniurias, & obligationem inter no-
minantem & nominatum oriri exiſtimas,
noſ rem inter alios aetiam nullam huius-
modi vim habere putamus. Hæc igitur

iuris, facti autem illa quæ sequuntur, tu occultis infidiis & dolosis simulationibus usum Florentinum populum in hoc bello inferendo calumniaris. Nos nullum protinus dolum, nullam simulationem, nullas insidias in illo fuisse certissime scimus. Tu denunciatum bellum non fuisse predicas. Nos per Philippum, qui & vivit, & testimonium perhibebit, denunciatum fuisse affirmamus. Hæc & huiusmodi de quibus controversia est, prius probanda erant à te, póstea lamentanda. Nisi enim facta hæc ostendis, & superiora illa fuisse iniusta probes, nulla tibi de iis aut querela aut exprobratio iusta esse potest. Sed tu nec ista quæ sunt facti, nec illa quæ sunt iuris, ullo modo probas, sed ex nuda simplicique narratione concludis. Hoc igitur primum in literis tuis non probo. Deinde illud vehementer reprehendo, quod aut te, aut me rebus populorum admisceas, quasi nostræ sit censuræ illos corrigere, ac non potius arrogantia vesaniaque haberí debeat homunculum unum ex seipso, nemine deferente, tantis de rebus iudicium sibi assumere, præsertim inaniter. Quid enim quæso nostra hæc censura proficere potest ne fiant? At facta sunt ut corrigan- tur? Vnde hæc autoritas nobis? Frustra autem niti, nec aliud se fatigando nisi odium

dium querere extrema dementia est.
Igo tamen invitus licet; quoniam me pro-
ocas, defensionem scripsi, quam tibi mit-
o. Et quia de re populari agitur, popu-
libus verbis uti placuit, ut populi ipsi,
quorum causa agitur, non ab interprete, sed
ex seipsis intelligere possunt. Videbis au-
tem in tractatione ipsius causæ quam in-
ligne leviterque prosilueris, ad rem tibi
non satis notam reprehendendum. Flo-
rentiæ, sexto Idus Ianuarias.

IV.

Leonardus Poggio S.

*Sepulchrorum magnificentiam docet va-
nam esse, potissimum indignorum.*

REs protinus risu digna mihi nuper o-
currit; dum iter facio in agrum Areti-
num. Offendi enim boves plauftra tra-
ientes, anhelantesque. In plauftris aus-
iem columnæ vehebantur marmoreæ, &
tatuæ duæ non satis fabrefactæ, basesque
& arcui, & hiperstilia, casuque insaltus
lifficiles coniecta plauftra expediri non
poterant. Circumstabant vero redem-
tores cum dolabris, purgantes iter, ad-
uvantesque. Tunc ego novitatem rei
dmiratus, neque enim plauftra per eos
altus traduci, neque marmora importa-

ri consuerant, accessi propius, & percom-
ctatus sum, quid rei esset & quonam illa-
tam molesta onera deferentur. Tum
unus ex redemptoribus me aspiciens, ac-
simul manu sudorem à facie abstergens,
pertæsus credo laboris, ac secum ipse indi-
gnans, di perdant, inquit, Poëtas omnes,
& qui fuerunt unquam, & qui futuri sunt.
Egoque hoc eius responsum audiens,
quid tibi cum Poëtis est, inquam, aut qua-
tandem in re tibi moleste fuere. In eo,
inquit, quod hic Poëta, qui nuper defun-
ctus est, stultus nempe homo atque vento-
sus, sepulchrum sibi marmoreum fieri im-
peravit. Eaque de causa marmora hæc
monte Politianum deferuntur. Sed cre-
do perduci nunquam poterunt difficulta-
te viarum. Et ego volens clarius intelli-
gere, quid ais, inquam, an monte Politia-
ni quisquam decessit. Non ibi, inquit,
sed Romæ, sepulchrum tamen in patria fa-
ciendum sibi testamento providit. At-
que hæc est imago eius quam hic cernis, al-
tera vero parentis, quam iuxta se collo-
cari iussit. Tum ego de patria & obitu
coniecturam faciens, audieram enim quen-
dam Bartholomæum Montepolitanen-
sem nuper Romæ interiisse, pecuniarum
que nescio quid reliquisse. Interro-
gavi redemptorem, num de eo loquere-
tur,

tur, illeque hunc ipsum esse annuit. At enim, inquam, cur tu Poëtis ob hunc asinum maledicis? An tu illum Poëtam credis fuisse, qui nullam neque scientiam neque doctrinam cognovit? Stultitia vero ac vanitate omnes omnino homines superavit. Non novi, inquit, illum dum vixit, nec eum nominari unquam audivi, sed oppidani quidem sui Poëtam illum arbitrantur: & si paulo plus pecuniarum reliquisset, deum putarent. Quod si non fuit ille Poëta, nec maledictum Poëtis velim. Atque ego tunc abiens considerare mecum cœpi redemptoris verba, qui stultum hominem atque ventosum dixerat eum, qui Romæ decedens marmoreum in patria sibi sepulchrum fieri impetrasset. Re enim vera est sic, nemo qui gloriæ suæ confidat, de sepulchro sibi faciendo unquam cogitavit. Operum enim laudabilium fama & claritate nominis contentus satis ob hoc ipsum posteritati se seputat commendatum. Quid enim sepulchrum muta res iuvare sapientem potest? Aut quid vilius quam sepulchrum memorari, vitam sileri? Tres eminentissimi imperatores variis seculis fuisse referuntur, Cyrus, Alexander, Cæsar. Quorum Cyrus qui fuit antiquior, nedum sepulchrum insigne appetierit, sed testamento

mandavit; nullum sibi sepulchrum construi, sed in terra humari, affirmans terram flores producere, & segetes, arboresque amoenissimas preciosissimasque efferre, nec ullam generosiorē sepulchri matētiam reperiri posse: itaque nuda in humo corpus suum sepeliri iubet, sine ullo penitus marmoris aut structuræ monumento. Recte quidem, virtus enim illius & facta egregia perennem sui memoriam pollicebantur futuram. Bella quippe maxima singulari fortitudine, industriaque confecerat, victorias plurimas gloriofissime reportarat, imperium Medis ademptum in Persas transtulerat, ipse vero mirabili sapientia præditus, vitaque & moribus, ut ita dixerim, civilissimus, optimis legibus, ac sanctissima disciplina partum à se imperium communierat. Ex quo Cambises, & Ochys, & Xerxes, & Artaxerxes, & Darius longissima ac potentissima successione regnaverunt. Hic ergo tantus ac talis imperator humili sepeli ri voluit, marmor autem Parium aut Numidicum lapidem non quæsivit. Eadem in Cæsare & Alexandro mens fuit, quorum neutrum de sepulchro sibi faciendo videmus cogitasse, facio contumeliam summis viris, quos in reprehendendo hoc vilissimo hominē, testes adduco. Sed tamen

men si excellentissimi viri hanc vanitatem
ambitiosam cum laude vitarunt, quantum
in hac fece hominis haec est superbia deri-
denda? Tu marmora tibi ex longinquo
portari, tu sepulchrum fieri, & statuas ti-
bi ipsi collocari testamento iubes? Quo
myrto quæso? An scientia quæ nulla fuit?
an literis, quarum vix quatuor tenebas?
An vita & moribus? qui levissimus, ac sin-
gulari stultitia plenus, nihil consilio, cun-
cta vero temeritate ac vesania prosequen-
bare. Verum enim, si non mores, at ge-
nus illum honestat, dignumque & statua,
& sepulchro marmorea facit. Natum ex
patre mercatore circumforaneo, avia ob-
stetricie, matre fanatica. An propter pe-
cunias sub terram absconditas statua di-
gnum te ipsum censebas? Hoc suberat
unum, videlicet verum, tamen has ipsas
pecunias Pontifex post mortem tuam,
cum illæ tandem in lucem venissent, ut
sibi à te furto subtractas, reposcit. Quid
scribes, quæso, in sepulchro, quæ acta, quas
res gestas insigniri facies. An pater tuus
ut asinos & merces circum nundinas age-
batur. An avia ut editos in lucem par-
tus tollebat, puerperis ancillabatur? An
mater ut in fanis soluto crine volitabat?
An tu ipse ut pecunias furtim cumula-
bas? An Pontifex ut eas pecunias repo-
sce-

scebat? Hæc est summa rerum tuarum, hæc est gloria tua, atque tuorum, quæ taliæ sunt, ut tu si modo quicquam saperes, si non ut in omni vita, sic etiam moriens stultitia & temeritate delatus essem, testamento cavisses, ut tu olim pecunias, sic etiam te tui sub terram absconderent, ne risus & querelæ materiam hæc tui sepulchri vanitas & ambitio exhiberet.

V.

Leonardus Nicolao. S.

Adhortatur iuvenem ad optima literarum studia, docetque quænam literæ aliis præstent.

VEhementer me delectarunt literæ tue, quas nunc primum ad me scripsisti, ferrebat enim præ se & naturam præstantissimam, quod est ingenii, & disciplinam vigilantem atque solerterem, quod est studii ac diligentiae. Itaque mihi quidem contigit ætatem istam tuam, & sensum earum literarum consideranti, ut admirabilis quædam ac plane supra annos hæc tu maturitas videretur. Nec vereor si modo ipse tibi non deeris præcellentissimum te virum esse evasurum. Quamobrem invigila quæso, ac per singulos dies adde insuper aliquid, & accumula, considerans per

permagna in iis studiis præmia tibi esse proposita, ad constitutionem vitæ, ac nominis celebritatem & gloriam. Hæc duo, crede mihi, & opes amplissimæ consequentur, quæ celebribus viris ac virtute expolitis, nunquam volentibus defecerunt. Habes præceptorem eximium, cuius imitari diligentiam & assiduitatem debes. Studium vero sit duplex tibi, alterum in literarum peritia non vulgari ista & communi, sed diligentiore quadam atque recondita. In qua præcellere te magnopere volo. Alterum in cognitione earum rerum quæ pertinent ad vitam & mores, quæ propterea humanitatis studia nuncupantur, quod hominem perficiant atque exornent. In hoc genere varia & multiplex & undecunque arrepta sit tibi cognitio, nihil ut prætermittas, quod ad institutionem vitæ, quod ad decus, quod ad laudem pertinere videatur. Sed eos legas censeo, qui non solum doctrina, verum etiam nitore orationis, & peritia literarum iuvare te possint, quales sunt Ciceronis libri, & si qui proxime accedunt. Si tamen me audies, fundamenta, disciplinamque harum rerum ab Aristotele perdisces, ornatum vero orationis & copiam, & omnes verborum dñitias, sermonisque, ut ita loquar, dexteritatem in

in iis ipsis rebus à Cicerone mutuaberis.
 Volo nanque præstanti viro hoc affit,
 & scientiam rerum habeat abundantem,
 ea quæ scit illustrare dicendo, & exornare possit. Hoc autem facere nemo valbit, nisi qui multa legerit, multa didicerit, multa undique decerpserit. Itaque ne modo à philosophis doctus, quod est huius studii fundamentum, verum etiam Poëtis & oratoribus, & ab historicis præratus veniat oportebit, ut copiosa & varia ac nulla iure rudis sit oratio. Bravior sum in iis explicandis, quoniam novi te illa legisse, quæ de studiis & literis alias à nobis scripta fuere, in quibus formam huius disciplinæ vel expressimus non quidem, vel certe adumbravimus. Hanc vero præstantiam si tu, quemadmodum spero, nancisceris, quænam divitiæ cum horum studiorum præmiis fuerint conferendæ? Licet enim juris civilis studiis vendibilius sit utilitate tamen & dignitate longè ab iis studiis superatur. Nam studia quidem ista ad faciendum virum bonum tota contendunt, quo nil utilius excusatari potest, ius autem civile ad faciendum virum bonum nil pertinet. Qui enim bonus vir de aqua pluviali cohercenda, aut de perendinis cognoscendi laboret aut qui melior quis erit, si pa-

tum ancillæ in fructibus esse censeat, quam si non censeat. Quin etiam bonus vir & legata persolvet, & mandata testatoris adimplebit, etiamsi septem testium solennitas testamento defuerit. At ius civile contra disponit, præterea virtus & bonitas stabilis est, ius autem locis & temporibus variatur, ut sæpe quod Florentiæ legittimum est, Ferrariæ sit contra legem. Iam vero magnis ac præclaris viris non sat is decora est. Hæc in litibus & controversiis, hæc mercenaria versatio, itaque qui nobilitate aut divitiis præcellunt militiæ dignitate gaudent, doctoratum vero adde decus sibi potius & ignominiam reputarunt. At enim de superioribus illis studijs tanta dignitas inest, ut nemo princeps, nemo rex sibi turpe duceret, scientia illarum rerum & eloquentia insigniri. Alexandrum certe Philippus pater Aristoteli tradidit, non ad discendum ius civile, quod tanto regi sordidum fuisset, sed ad doctrinam vitæ ac morum & ad eloquentiam perdiscendam. Omitto volupatem iucunditatemque illorum studiorum, quæ tanta est, ut difficile sit inde mentes revellere. In iure autem civili perdiscendo quid tandem est præter memoria tædia? Itaque oscitans scientia non immerito ab antiquis appellatur. Sed hæc

208 EPIST. ARETINI
hæc satis. Mihi enim ad te scribenti pa-
tius iis de rebus loqui, quam aut de
miliæ aut de paréntis amicitia placuit.
la enim tempus expectare possunt, & su-
non indicta prius. Cohortationem ve-
ro ad hæc studia non est visum differre.
Vale, Vale.

VI.

Leonardus Nicolao S.

*Consolatur quendam in funere matris,
describitque felicis mulieris laudes
& dotes.*

Quoniam publico munere necessaria
detentus aedesse tibi in parentis
optimæ atque præstantissimæ mulieris ho-
ctuoso funere nequivi, quod reliquum
literis adimplere officium tentabo. Ne-
que enim confido præstare id posse. Et
enim cum pietatem filii debere me illi
habere intelligam, ac in luctu prope æqua-
li tecum verter, sentio me profecto con-
solatione potius indigere quam alios con-
solari posse, quæ tamen ad orationem de-
rectenti animum mihi venire in mente
soleant, recensere constitui, si forsan
res lenite aliqua ex parte dolorem tu-
vateret. Quid tantopere lugemus, in
quam? quid affligamur? quasi vero no-
vum

um quiddam inopinatumque acciderit.
 Num quæso vel ignotum vel ambiguum
 uerat, illam esse mortalem? Num ad ma-
 uritatem iam plane suam & senium per-
 tenisse. Num annorum numerum eum
 amplevisse, quem vix centesimus quisque
 uertingit? Cursus autem vitæ cui nun-
 quam prosperior, aut bonis omnibus cu-
 nulatior fuit. Quid igitur nobis volu-
 nus? quid exposcimus? quid erga supe-
 rios usque adeo ingrati acque perversi su-
 nus? Quæ enim magnopere à diis im-
 mortalibus præcamur, ea nobis ultro col-
 ata non recognoscimus. Bona quidem
 iisi ego fallor in mulieribus numerantur,
 genus, forma, pudicitia, fœcunditas, libe-
 ri, divitiæ, superque iis omnibus virtus &
 robitas. Ego quoque iis addo valetu-
 linem prosperam & vitæ longinquitatem.
 Nam infracta miseraque valetudine etiam
 superiora squalent bona, & in brevitate
 itæ nulla perfectio potest æstimabilis re-
 teriri. Horum igitur omnium si quis-
 quam docere potest, aliquid huic prima-
 iæ mulieri defuisse, confitebor equidem
 non esse illam tantopere extollendam :
 ed quid defuit, quæso, horum omnium
 uæ superius numerata sunt? quid non
 bunde etiam superfuit? Nam ut brevi-
 er percurram, singula ab initio ordiens,

O

Mater-

Maternum illi genus præstantissimum fuit, ex clarissima familia Malatestarum, paternum vero ex gente honoratissima maxima nostræ civitatis, patre, auctoritate splendissimis equitibus, fori domi summæ autoritatis. Quid magnificenterius, quid illustrius in hac parte adici potest? aut quid insignius, quam tanta claritate maiorum honestari? Forma vero egregia fuit plane atque magnifica, plena dignitatis, plena ingenui pudoris, aderatque & in procéritate generoftas quædam, & in gravitate auctoritatis negligētia commendatio probitat quidem in parte, quamlibet à Stoicisque reclametur, tamen vete hi Academicorum Peripatheticorum sententia magisque probatur, qui atque fallatiis affectare falsam opus formæ, damnandum, sic natura non verum decorem grāte suscipiēnt, & in bonis numerandū ego sane lēpiditatem aut venustatē hac præsertim muliere laudarim, se stantiam quandam nativam & venenis plenam dignitatem. Nám dicitia quidem illius in qua fuit unicoreque exemplum, tacere melius pauca dixisse. Nupta vero precissimo coniugi, divitiis, opibus

ate nominis suæ ætatis omnium nostro-
um civium præstantissimo, numerosam
obolem procreavit, veditque multitudi-
nem ex se progenitam filiorum filios, at-
que nepotes. Quanta sunt quæso ista quæ
dhuc connumeravimus? & quanti exi-
timanda, vel quam multi reperiuntur,
quibus ista contigerint? uno aut alteri
nonnulli, cunctis vero simul cumulatis
verpauci admodum gloriari possunt. Sed
bona animi maxime in ea muliere conspi-
cua fuere: Admirabilis probitas, insignis
humanitas, magnificentia, liberalitasque
gregia, maximeque ad decus & præstan-
tia erecta mens. Quid dicam de huma-
nitate mirifica, de charitate in suos, de di-
ectione in omnes, de bonitate denique
ingulari, in qua nullam unquam mulie-
rem huic comparandam me cognovisse
ffirmare verissime possum. Prudentia
vero quanta fuerit, vel ex illo apparet,
quod maximam domum, magnas cliente-
as, varia multipliciaque negotia, mortuo
coniuge per annos amplius triginta, sic gu-
ernavit, ut nemo consilium, aut pruden-
tiam viri deesse in tanta administratione
inquam sentit, essetque ipsa simul regu-
læ morum & integritatis honestatique di-
ciplina & norma. Cum iis illa laudibus
d septuagesimum quartum pervenit an-

num, prospera valetudine & continuata autoritate. Exitum quoque vitæ facilem tranquillumque sortita, qualis superiori eius moderationi maxime congruebat: desiderium sui mirabile filiis propinquique reliquit, cum unanimi consentiente que omnium commendatione. Ego igitur hanc mulierem pro tantis atque in continuatis ad extremum usque diem vitæ bonis, nequaquam lachrymis decorandam puto. Sed gratulatione & gloria prosequendam. Nec adversi quicquam illi accidisse existimo, quod mortua sit, nec fane in morte quicquam est mali. Propterea Iquod aut extinguantur protinus omnes sensus, & fiat quasi somno cuidam nunquam interrupto similima requies. Quæ si est suavissimum unius interdum noctis, toto spacio sine ulla intermissione potiri, quanta suavitas in illo sempiterno tempore est existimanda. Aut si remaneat sensus vivantque animi nostri post mortem viam illam fatalem ingressos ad meliora domicilia migrare, & cum melioribus & sui similibus habitare, est procul dubio confitendum, ut aut nihil mali sit in morte aut multum etiam boni. Cum vero ex duobus alterum necessarium sit, & quibusdam incertum obscurumque videatur, ego tamen mihi persuadeo animos homi-

ominum esse sempiternos, atque optimo
uique cum à corporeis vinculis fuerit
beratus redditum facilem in cœlum pate-
re, ubi nunc illa consistens, ac tenebris
xuta puro intuitu divina illa spectacula
ontemplans, imbecillitatem nostram mi-
seretur, seque nunc tandem vivere, no-
stram hanc vero quam dicimus mortem
sse cognoscit. Evidem homini iam
olanè seni, qui cum laude eximia vixerit,
optandam etiam mortem existimo, cum &
impendeant quotidie multa, quibus peri-
culum est, ne extrema aliqua labe superio-
ris vitæ splendor & gloria deturpetur, ut
Priamo regi & Pompeio accidit, quorum
itrunque calamitates extremæ ex supe-
riori felicitate miserabilem reddidere.
Velut ista cessent, tamen illud est certissi-
num ætate longius provectis, incommo-
dum quod necesse sit quodammodo he-
betari sensus. Videreque deterius atque
audire, in cæteris multis natura ipsa debi-
tari & frangi, ut optime cum illa actum
in hoc suo decessu putare debeamus.
Quod si nostram vicem dolemus, quia vi-
delicet spoliati illius præsidio atque sola-
tio sumus, isque nos mœror afficit, & in-
uctum impellit, videndum est ne nimis
nigrat atque iniuste commodum no-
strum illius commodo anteferamus. A-

mor enim verus ad eius quam diligimus causam, non ad nostram est referendus. Si enim & ætas illius iam ingravescens & ante parta laus & fortunæ mobilitas hoc flagitant, ut illam ad extremum vitæ diem, quasi in portum quendam ex longa periculosaque navigatione tuto se recepisse, gratulandum sit, atque lætandum, nolumus quæso illius commodum lamentari atque deflere. Denique illa certe qua fuit benivolentia, hoc nos in dolore versari permoleste fert, & cessare nos iubet, atque desistere, cui etiam mortuæ parere, & condonare mœrorem nostrum debemus, & quantum natura patitur moderate perferre. Vale.

VII.

Leonardus Cyriaco S.

Règis nomen maius esse quam dictatoris, dictatoris autem præstantius imperatoris nomine fuisse docet.

Melius erat o Cyriace non tantum spē rare quantum sapis, si quidem tescientem aliorum errata conturbant, quæ ab ignorantे nulla molestia præterirentur. Habet enim ignorantia multis in malis quiddam boni, quod minus angit, qui minus sentit, atque ut ad postulata veniam

Iam tua, admiratum te dicis, in hoc nō
Sigismundi principis adventu, quod
ui ante coronationem se regem scribe-
ret Romanorum, post coronationem quasi
pius quiddam & dignius exprimere vo-
lens imperatorem se nuncupabat non re-
gem, quod tu perperam factum arbitra-
ris, itaque id te reprehendisse ais, & quæ-
ris à me num idem sentiam quod tu, an
contra putem. Ego vero & in iis & in
aliis permultis plurima quotidie mihi
videor errata cognoscere, sed utor De-
mocriti regula, rideo enim illa non fleo.
Quid enim mea refert quemadmodum
barbari loquantur, quos neque corrigere
possim, si velim, neque magnopere velim;
si possim. De rege tamen & imperatore
idem sentio quod tu, & iam pridem ridens
barbariem istam, hoc ipsum notavi atque
redargui. Tres enim gradus maiorum
dignitatum apud Romanos, de quorum
principe loquimur, fuere, Rex, dictator,
imperator, ex iis suprema omnium pote-
stas rex est, post regem vero secundum
tenuit dignitatis locum dictatura, post
dictaturam, imperium tertio gradu con-
sequitur: huiuscē rei probatio quod
Octaviano imperatori optime se gerenti,
volens S. P. Q. R. dignitatem augere, pro
imperatore dictatorem facere decrevit.

O 4

quod

quod ille non recepit, sed flexu genu re-
cusavit, quasi maioris fastus, maiorisque
invidiae dignitatem existimans, impera-
toris nomen modicum ac populare, si
ad dictatoris fastigium comparetur, infer-
ioris ergo dignitatis est imperator, quam
dictator, ut ex hoc patet: Maiorem vero
esse regiam potestatem quam dictatura ex
eo potest intelligi, quia Iulius Cæsar dicta-
tor cum esset, affectavit regem fieri, cuius
gratia interfactus est, non ferentibus ci-
vibus, ut regiam assumeret potestatem.
Sed dictaturam utpote minorem æquis
animis in eo patientibus, hæc igitur quæ
adhuc dixi, etsi nulla penitus alia super-
adderentur, tamen ipsa per se vel solo pro-
bant abunde regium nomen quam impe-
rаторium esse præstantius, nisi forte aut se-
natum dum pro imperatore dictatorem
facere volebat, aut Cæsarem, dum ex di-
ctatura rex fieri cupiebat, non intellectisse
vim istarum dignitatem existimemus. Sed
nolo iis esse contentus præsertim ad te-
scribens, cui aures novi quam avidissimæ
sint vetustatis simul ac veritatis. Expli-
cemus ergo singulorum naturam, qua co-
gnita & inter se comparata, differentiam
sui dilucide nobis ostendant. Regem
omnes sic accipiunt, quasi suprema quæ-
dam & absoluta sit potestas, supra quem in
regno

regno suo nemo sit, sed ipse præsit omnibus. Ex quo fit ut rex nisi unus duntaxat esse non possit, plures enim reges simul eidem regno præsidentes sese mutuo impedirent, naturamque perimerent regis, quæ non omnibus præcesset, sed haberet paritatem, patet hoc in antiquis modernisque regibus. Neque enim Numa, neque Hostilius, neque Ancus, neque alii deinceps Romani reges confortem aut socium regni habuere. De Romulo & Tacio furent, sed alter Sabinorum, alter Romanorum rex erat, & in propinquo collati repugnante natura sese passi non sunt. In modernis quoque regibus idem apparet. Neque enim Francorum, neque Anglorum plures simul reges regnum gubernant, sed unus & solus, cui fratres, cui patrui, cui propinqui omnes genua submittunt. Cessit iam quandoque apud hos filio pater, ac regiam potestatem se vivo transferre in filium voluit, ipse dimisit, quoniam duos simul regiam potestatem habere contra naturam est huius dignitatis. At imperatores simul plures sæpiissime fuerunt. Non est suprema potestas imperium, sed salva republica salva auctoritate senatus, & populi, salva libertate, imperator creabatur. Est enim imperium armorum exercituumque ad tutandam

O s

augen-

augendamque rem publ. commissa autoritas. Itaque imperatore existente, nihilominus consules, praetoresque ac cæteri magistratus in republ. manebant, rege autem existente manere non poterant, quod patet ex dictatura. Illa enim quia vim quandam regiæ potestatis habere videbatur, simul atque inducta fuerat, in rem publ. cæteri magistratus omnes peribant, & abrogati per creationem dictatoris censabantur, præter tribunos plebis. Et in hoc differebat dictator à rege quod dictatore plebs, plebeique magistratus vim autoritatemque suam retinebant. Rege autem existente tribunitia potestas plebisque autoritas omnis omnino solvebatur. At enim cum imperatore cuncti simul magistratus in republ. perstabant, & autoritas vigebat senatus, & populi libertas servabatur. Ex quo apparet imperatorem non esse dominum, sed legitimam potestatem, nisi forte Crispum Sallustium ignorasse vim dignitatemque imperatorii nominis arbitremur, qui, inquit. Nam cum tu te per mollitiem agas exercitum supplicio congere, id est, dominum non imperatorem esse. Volo in super unam vel alteram nationem inducere, quo maioris dignitatis regium nomen esse ostendam, imperium enim quibus-

usdam magistratibus recte tribuimus. Nam omnis qui iurisdictionem exercent ac punire & cohercere possunt, imperium habere dicimus, at regnum habere illos diceremus nunquam, quoniam nomen imperii legitimam potestatem significat. Regnum autem habere supra leges esset. Præterea quæ deo tribuimus vocabula, ea præstantissima sunt existimanda. Cum enim deus ineffabiliter excellat, nec ulla humana reperiri digna possint eius maiestate illa deo tribuimus quæ apud nos sunt maxima, quoniam maiora tribuere non habemus, deum autem regem esse nuncupamus, ac regnum cœlorum dicimus, ut sacræ literæ poëtæque testantur. Imperatorem vero qui deum vocaret vix quisquam reperitur, propterea quia rex potestatem supremam ab eo trahit que significat; Imperator vero longe inferiorem. Ex iis omnibus luce clarius apparet, qui imperatorum nomen regio nomini anteferunt eos in maxima ignoratione versari. Sed heus tu, qui hunc errorem notasti, cur alium huic annexum tacitus præteriisti? Coronari enim imperatorem ubinam gentium mos fuit. Quis imperatorem Romanum antiquis illis temporibus coronatum fuisse nunquam audivit, aut legit: Non Augustum, non Tiberium,

non

non Caligulam, non Neronem, cum
præsertim ii duo extremi intolerandæ
superbiæ ac luxuriæ forent: Non Traia-
num, non Adrianum, non Antoninum,
nemo inquam istorum coronam imperii
unquam suscepit, aut habuit, aut usus est,
nisi forte lauream cum triumphasset, aut
rostratam, quod classem hostium cepisset,
quæ duæ coronæ non imperatorum erant
magis, quam quorumcunque triumphan-
tium, aut vincentium. An ergo quod il-
li tantam imperii magnitudinem haben-
tes non faciebant, ii quatuor iugerum
possessores coronabuntur? *Enim vero*
non ut imperatores, sed ut reges Romani
coronantur. Cur ergo se post corona-
tionem imperatores scribunt, non reges?
Deinde totum hoc ignorantia est, cum ne
reges quidem Romanos unquam corona-
ri mos fuerit, Romulus enim & ii qui post
eum fuerunt reges, nunquam coronam
recepérunt, aut gestarunt, aut usi sunt.
Idem quoque observatum est à Tuscorum
regibus, ut nunquam corona uterentur,
sed trabea duntaxat, & palmata tunica.
Quare hanc barbariem, quæso, cum sua
ignorantia valere sinamus, & nos antiquis
doctissimorum virorum scriptis, quod uni-
cum est refugium oblectemur, non curiosi
quid agant isti aut quemadmodum loquan-
tur. Vale.

VIII.

Leonardus Flavio Foroliniensi S.

uæstionem, an vulgus & literati eodem modo & idiomate Romæ locuti sint,
discutit.

NE forsan tu aliter accipias quam ego,
 vel ego quam tu, placet ante omnia
 onstituere, quid nobis in controversiam
 enit. Qæstio nostra in eo consistit, quod
 u apud veteres unum eundemque fuisse
 sermonem omnium putas, nec aliud vul-
 garem, nec aliud literatum. Ego autem
 it nunc est etiam, sic tunc distinctam fuisse
 vulgarem linguam à literata existimo, pres-
 ius quoque si placet ista circumscribamus,
 ut certo tempore, locoque diffiniantur.
 Nam qui apud veteres dicit, nec tempus,
 nec locum satis certum designat. Sit igit
 quæstio, ut Romæ per Terentii Poë-
 tæ, & M. Tullii tempora in vulgus ita lo-
 quebatur, ut loquuntur ii, quos nunc lati-
 ne literateque dicimus loqui, vel alias fue-
 rit vulgi sermo, alias literatorum. Tua
 quidem prima ac potissima ratio est, quod
 oratores in senatu, iudiciisque, & concio-
 nibus latine orabant, quod non fecissent,
 nisi à cunctis intelligerentur. Præterea
 Terentii, Plautique comediae recitaban-
 tur ad populum ea ipsa lingua, qua scri-
 pta

ptæ sunt, idque signum esse ais, quod eodem modo vulgus loquebatur. Quomodo enim delectarent, nisi intelligerentur. Hæc tibi firmissimæ probationes videntur, ac certissima argumenta opinonis tuæ. Ego autem non maiora puto ista, quam nunc sint Evangelia missarumque solennia latine ac literate in audiendum turba pronunciari. Intelligunt enim homines, licet illiterati sint, nec tamen ipsi ita loquuntur, nec illo modo loqui scirent, licet intelligent, propterea quod longe facilius intelligere alienum sermonem quam proferre. Discutiamus igitur, si placet, argumenta tua, & quid valeant videamus. Neque enim signis & opinonibus tam assentiri nos decet, quam necessariis rationibus. Nam opinio & estimatio sæpiissime fallitur. Duo quidem argumenta per te inducuntur unum oratorum, alterum Poëtarum. Videamus ergo utrumque, primum igitur oratores, quod in senatu iudiciis ad homines literatos, latine literatos, latine literateque loquerentur, nihil opinionem tuam adiuvat. Erat enim in senatu & iudiciis ad homines literatos oratoris sermo, ita hæc duo loca nihil ad rem pertinent tuam. Restat contio in qua ad doctos simul indoctosque habebatur oratio. Neque enim

nim appellatione populi turba solum & infimæ fortis homines, sed nobiles & ignobiles, docti & indocti, significantur. Itaque non ad pistores tantum & lanistas, sed nulto magis ad eos, qui in rei gubernatione versabantur, & quorum intererat quid populus decerneret, orator loquebatur, præstantes igitur homines orationem latine, literateque concionantem præclare intelligebant, pistores vero & lanitæ, & huiusmodi turba sic intelligebant oratoris verba, ut nunc intelligunt missarum solennia. Nam illud nos latere non debet, oratores ipsos aliter scripsisse orationes suas, quam dixerant, quod & apud Græcos & apud Latinos exploratissimum est: non quod diversum scriberent, sed quod ornatius & comptius id ipsum quod dixerant literis mandabant, ut quædam in concione dicta verbis forsan vulgatis & apertis, & ad intelligentiam accommodatis, limatius postea contractiusque scripta legantur. Et de oratoribus quidem hæc mihi scripta sint. In senatu enim & iudiciis ad scientes literas loquebantur literate. In concionibus vero ad scientes aderant quoque indocti quidem, ii sic intelligebant oratoris verba, ut nunc intelligunt missarum solennia. Quare hæc tua oratorum inducta ratio non efficit id quod-

quodvis, habet enim apparentiam quan-
dam prisa fronte, sed si trice discutis,
nihil admodum importat. De Poëti-
cam eorumque fabulis video refon-
ter sentire, quam ego sentiam. ~~me cum~~
turbam convenisse putas ad carmina
tæ intelligenda. Ego autem ~~convene-~~
puto ad ludos scænicos spectatodos.
que non auditores qui aderant, sed
spectatores dicebantur. Agébatur enim
bula magno ædilium apparatu, nec soli
gestibus, verum etiam tibiarum modis
personati è scæna prodibant. ~~Ad huc~~
~~me hercule spectanda non minus~~
populus concurreret, quam tunc con-
rebat. Quod autem vera dico, ex
Terentiique prologis comedere
telligi potest. Tunc enim exilio
agebant opera videntur panderet
ludis funebribus, modos fecit Flac-
Cladii, tibiis disparibus non dicte
tata, sed acta. Agere vero quid est,
repræsentare, actaque referre
biis modos facilius multiusque
spectaculum allegare. Hoc ita est
nomen fabulae, ut omnia acta est
intervenit vitium & calamitas, ut neque
speculari, neque cognosci potuerit.
multus studio stupidus, infusculo
aliquando occupat. Et paulo post, in his quo
pri-

primum Cæciliū didici, novas partim sum exactus, partim vix steti. Quia sciebam dubiam fortunam esse scænicam, spe incertæ certum mihi laborem sustuli, easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem novas. Quod inquam didici novas & alias discerem, aperte ostendit ne actores quidem ipsos scripta Poëtarum intelligere, nisi à Poëtis primo illâ didicissent. Si igitur magistri ipsi agendi non intelligebant, multo minus turba & multitudo. Sed ludos spectabat turba, non verba exaudiens, oculorum cantum aspectu & tibiarum sono detinebatur. Quod autem subiicit, quia sciebam dubiam fortunam esse scænicam, idem probat quod dixi, fortuna enim in scænicis ludis erat, non in Poëtæ stilo atque ingenio. Hoc enim in eorum qui legunt iudicio repositum est, nec fortunæ subiacet. Actio autem & tibiæ, & huiusmodi ludicra fortunis spectantium subiacebant. Et paulo post perfeci, inquit, ut spectarentur, non dicit intelligerentur, sed ut spectarentur. Quod totum est iudicium oculorum. Et paulo post vobis potestas data est condecorandi ludos scænicos. Nolite sinere per vos artem musicam recidere ad paucos. Ex iis omnibus patet ad ludos scænicos & tibias, & actorum personas spectandum

P

multi-

multitudinem conuenisse, Poëtæ autem
 verba ne actores quidem ipsos intellexerint,
 nisi prius docerentur. Nihil igitur Poëtæ,
 nihil eorum fabulæ ad sermonem vel
 pertinent. Non enim intellectum verbo-
 rum, sed spectaculum ludorum vulgus
 sequebatur. Quoniam illa quæ putabas
 firmissima tuæ opinionis fundamenta si-
 hil valere ostendi, docebo iam ipse impos-
 sibile esse vulgus illo modo quo tu puto
 esse locutum, hoc tantum præmisso. Tu
 ne quæso Flavi cum sis vir doctus, ac liter-
 ris expolitus, vel alii qui tecum sentiunt
 animum inducere potestis, ut credatis nur-
 trices & mulierculas, & huiusmodi tw-
 bam ita tunc nasci, ut quæ nos tot magi-
 stris, tanto usu vix tenemus, illi nullis
 magistris assequerentur, ut eo modo lo-
 querentur quemadmodum ii, qui latine
 literateque loquuntur, intelligerentque
 Poëtarum comœdias nullo prius eos do-
 cente? profecto valde absurdum est in-
 credere. Atque latina lingua à vulgari in
 multis differt, plurimum tamen termina-
 tione, inflexione, significatione, consti-
 ctione, & accentu, de quibus omnibus
 simul dicamus. Nam seorsum prosequi
 singula, longum foret. Mulierculæ ig-
 tur illæ ac nutrices tuæ, si de suppelleculi
 recte dicendum erit, suppellexes dicent.

Ruf.

lussas vero si inclinandum, ita ut possessionem vel generationem significet, supellectilis dicent: & si poscat intentio supellectili, supellectilem narrabunt, eademque cum pluraliter dicendum erit supellectilia variato genere pronunciabunt, & supellectilium & supellectilibus. Per deum immortalem nonne videtis impossibilia vos credere? Difficile nomen capis inquies, at tu facilius aliquod cape, dominus recto dicent, flectent vero cum opus erit, ut dicant domini, domino, dominum: & si de foeminis dicendum sit, dominabus, filiabus, libertabus dicent, quæ de mariibus, dominis, filiis, libertisque dixerunt. Vix me hercule cum disciplina & regula nedum sine disciplina & regula. Fero verbum est, à quo tuli, latum, sustuli, sublatum. Cado, cecidi, si casum significet, si cædem cæcidi, media producta. Ista quæso internoscent mulieres, & turba, ac ita loquentur, pulso & vapulo alterum active, alterum passive dicimus eadem voce. Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus, inquit Poëta. Tu mulierculas & nutrices, & hujusmodi quisplias hæc intelligere, ac eodem modo loqui putas. Abfuit & defuit duo sunt quorum alterum laudem, alterum vituperationem significat. Sinapis latine dicimus media

producta, & polixena brevi penultima
 Virgili autem & Mercurii vocativo per-
 timam natura brevem pronunciamus.
 longam, video te & in video tibi, dico
 tem, interdico tibi bonis, non bona. Haec
 ne quæso mulierculæ & nutrices & vi-
 illiteratum dicent, quæ nos literati
 dicere valemus. Quid si probo per
 tempora vulgarem sermonem distinc-
 à literato fuisse, nonne desistere de
 talia opinari? Duellum qui classe Par-
 superavit vulgo bellum appellatum fuisse
 Cicero tradit. Ergo aliter vulgis, aucti
 literati nuncupabant. Varro villam
 ho dictam putat, adducit vero concion-
 ram, quod rustici pro villa vella dicunt
 pro vectura quoque vellatura. Quid
 plius egemus testibus? A vulgo vellatum
 & vella, à literatis vectura & villa dicen-
 tur. Alius ergo vulgi sermo, alius litera-
 torum. At enim Cicero inquit de quo-
 dam, putabatur bene latine loqui, sed litera-
 nesciebat. Non diceret hoc Cicero, nisi
 sibi in illo uno admirabile videtur.
 Quod enim mirabatur in illo quasi fini-
 lare, probat in aliis hoc nusquam fuisse.
 At concio clamavit cum à Carbōtē
 retur, patris dictum sapiens filii temer-
 tas comprobavit. Quidni cū adēsent
 in concione docti quamplures, & inter-
 cete-

zteros M. Cicero, se enim in concione
ante hoc dictum fuisse testatur? Deni-
ue iudicium numerositatis commune
st, aurum & non intellectu rerum, sed
magnitude brevitateque spiritus anno-
atur. At filia Belii præclare latine, &
ne Hercule Saphos præclare Græcis ver-
ibüs scripsit poëmata. Quis enim negat
nulleres quasdam doctas fuisse, ut Cor-
neliam Gracchorum, & Epicarmi Poëtæ
iliq̄s, & alias Græcarum latinarumque
complures. At Caius Curio nihil admo-
dum sciebat literarum, tamen est inter
oratores numeratus, splendore & copia
optimorum verborum. Credo studia
hæc maiora non attigerat. Sed idem
Curio orationes suas & dialogos scripsit.
Qui autem cogitationes suas literis man-
daverit, eum dicemus literas nescivisse?
At domus ei contulit ad verborum co-
piam, fateor, parentes enim literati & ser-
vi, matres etiamsi elegantes sint adiuvare
filiorum eloquentiam possunt. Denique
etiam hodie mulieres Romanæ iudicio
meo elegantissime loquuntur, & purius
eerte quam viri. Et quanquam non lite-
ratus sit earum sermo, potest tamen figu-
ra ipsa dicendi, nitorque verborum elo-
quentiam adiuvare. Me audiente matro-

na quædam Romana, quod se antecederet plebeia mulier indignabatur, propter deum, inquit, quam omnis observantia, omnisque consuetudo laudabilis per hæc tempora defecit, quam confusi sunt ordinis cuncti gradusque dignitatis? Deinde conversa ad eam, quam indignabatur, tunc, inquit, cum sis plebeio patre, plebeio que viro me equestri familia ortam, equaque Romano nuptram, antecedere non erubescis? Sed quid ego de me, iam si ideo placet, etiam te patritiis mulieribus antepones? Hæc illa puro nativoque Romano proferebat sermone, ita ut admodum sim equidem delectatus, cum & verba nitorem gravitatemque sententiae, & pronunciatio ipsa vernacula quandam habet suavitatem. Hoc ego modo filiis matres & nutrices alumnis profuisse ad elegantiā puto. Non quod casus infleterent, ac verba variarent, ac terminarent literate, sed quod purum & nitidum ac minime barbarum sermonem infunderent. Nam & habet vulgaris sermo commendationem suam, ut apud Dantem Poëtam, & alios quosdam emendate loquentes apparet. Hæc ad libellum tuum respondisse volui, quibus si te in sententiam traxi, satis dictum puto: sin perstas in opinione

ie tua, nec rationum necessitati cedis,
plura etiam polliceor in eam senten-
tiam me esse dicturum.

Vale.

F I N I S.

LEONARDI ARETINI *LIBER SEPTIMVS.*

I.

Leonardus Cosmo S.

*Socratis philosophiae præconia hæc epistola
continet.*

IN simposio Platonis amoenissimo omni-
um libro, Socratis philosophi laudes fe-
stive simul periteque enarrat Alcybiades.
Eius verba tibi mittere constitui in
latinum sermonem traducta. Dico igitur,
inquit Alcybiades, Socratem esse per-
similem Silenis istis, qui à sculptoribus in-
ter imagines figurantur, quos faciunt
artifices fistulas aut tibias tenere. Qui si
bifariam divisi atque aperti sint, reperiun-
tur intus imagines literæ deorum. Rur-
susque eum dico persimilem esse satyro
Marsiæ, & quod aspectu quidem persimilis

P 4

eis

eis es, ne tu quidem ô Socrates negabis.
Quod vero in aliisque similitudinem
eorum habes, deinceps iam audi: Pro-
cax tu quidem es, an non? Si non fateris,
equidem testes adducam. An non canta-
tor longe melior quam Marsia. Ille enim
instrumentis quibusdam homines trahe-
bat ab oris potentia, & nunc etiam si quis
modulationem illius canat. Nam illa
quæ Olympus cecinit, ab eo doctus Mar-
siam dico cecinisse. Quæ igitur ille car-
mina cecinit sive bonus alter quis sive ma-
lus ea canat, sola abstrahunt animos, osten-
duntque quinam diis & mysteriis indigent
ex eo quod sacra sunt. Tu autem illi
tantum superexcellis, ut sine ullo instru-
mento nudis quidem verbis hoc idem ef-
ficis. Non certe quoties alium auditus
alterius verba referentem, & si nimium
boni oratoris, tamen nullus, ut ita dixe-
rim, illa facimus. At cum te quis audit
vel cum tua verba referente alio quamvis
ineptus ille sit qui refert, & sive vir, sive
fœmina, sive adolescens, obstupescimus
quidem ac mente corripimur. Equi-
dem nisi ebrius nimium mihi ipsi viderer
iureiurando interposito affirmarem, qua-
lia ab huius verbis mihi dudum contige-
rint, contingantque nunc etiam, quo-
tiens hunc audio, multo certe magis quam

à coribantum more deferuntur, cor in
 me concitatur ob huius verba lachrymas-
 que effundit, videoque multis hoc idem
 contingere. Et dum Periclem audio, cæ-
 terosque oratores bonos, videntur illi mi-
 hi præclare dicere. Sed nihil tale mihi
 contingit, neque concitatur animus, ne-
 que seipsum quasi serviliter viventem
 condemnat. Sed ab hoccine Marsia no-
 stro sæpe ita inflector, ut existimem nul-
 lo modo in hoc statu vitæ mihi esse viven-
 dum. Quin etiam certe scio, si nunc in
 hoc ipso tempore aures illi præstare ve-
 lim, quia nequaquam tolerarem, sed ea-
 dem mihi illa evenirent. Cogit enim me
 fateri, quod cum ipse ego in multis defi-
 ciām, tamen me ipsum negligo, remque
 populi Atheniensium euro. Vbi ergo
 quasi adversum syrenas obturans aures,
 hunc fugio ac vito, ne apud eum sedens
 consoneam. Patior vero erga hunc
 quod nemo existimaret, ut cuiusquam
 pudore ac verecundia detinerer. Con-
 sciens enim mihi sum defendere non pos-
 se, quin sint agenda quæ iubet. Sed eum
 ab eo discedo, cupiditate ambitioneque
 sentio me superari. Fugio ergo istum at-
 que vito, & quotiens ipsum intueor, pu-
 dor ac verecundia me capit, ut sæpe cu-
 piām hunc in rebus humanis non esse.

P 5

Rur-

Rufus vero, si hoc accideret, scio quae
longe magis dolessem. Itaque quo ver-
tam, aut quemadmodum hoc utar nescio.
Et à cantu quidem ac modulationibus fa-
tyri talia mihi & aliis contigerunt. Cæte-
ra vero audite, ut similis sit iis quibus eum
assimilavi, & vim quam admirabilem ha-
beat, intueamini. Pro certo quidem sci-
tote, δ viri convivæ, neminem vestrum So-
cratem cognoscere. Sed ego patefaciam
ipsum atque ostendam, quandoquidem
dicere incepi. Cernitis enim ut formo-
ritatem, ut divitias, ut honores, ut cætera
huiusmodi admicari videtur, ut ea laudet,
ut obstupefcat. Scitote igitur eum hac
habitūs forma exterius amiciri tanquam
sculptus quidem Silenus. Intus vero si
aperiatur, quanta, di immortales, ineſt ca-
ſtimonia, quanta integritas, sciatis enim
quia neque pulchritudinem corporis cu-
iusquam quicquam æſtimat, neque divi-
tias, neque honores, neque cætera que
vulgus admiratur, sed ea cuncta longe sper-
nit, ac pro nihil ducit, fingit tamen aliter,
ac ſocari de iis rebus erga homines nun-
quam ceſſat. Serio autem agentis atque
intus aperti nescio si quisquam vestrum
preciosissimam illius aspexit imaginem.
Ego certe eam quandoque conſpexi, ac
mihi viſa est uſque adeo divina & aurea,

&

Et formosa, & mirabilis, ut nullo modo fas
sit à me silentio præteriri. Evidem iam
quodam tempore, ô viri convivæ, magnum
aliquid & mirificum de meipso ac de for-
mositate mea sapiebam : ardebam vero
discendi cupiditate, non dicerem ea quæ
dicturus sum, nisi apud eos convivas lo-
querer quos quasi vesano quodam philo-
sophiæ furore semper correptos, bachan-
tesque prospexi, Phedrum, Agathones,
Drasimacos, Pausanias, Aristodemos, Ari-
stophanes, Socratem denique ipsum, &
cæteros. Hæc enim nisi sauciis eodem-
que modo affectis narranda non essent,
Quare vos audientes mihi veniam dabi-
tis pro iis quæ tunc à me facta & nunc di-
cta fuerint : famuli autem & si quis alter
affit prophanus & agrestis, nimium forti-
ter aures obturent. Ego igitur astriclus
vehementiori philosophiæ morsu, & sive
cor, sive animum, sive quomodo cunque
id appellandum sit saucius cupiditate in
philosophia sermonum , qui occupant
magna violentia iuvenilem animum, ne-
que dimittunt, cum semel momorderint,
compelluntque ad quicquid tandem sit
faciendum atque dicendum. Illud enim
enixissime conandum mihi proposueram,
quomodo Socratem ad explendam hanc
mei animi cupiditatem mihi adiutorem
quam

quam coniunctissimum facerem. Itaque totis, ut ita dixerim, castris illi insidiatus sum, & forma, & divitiis, & omnifariam illecebris quibus promoveri homines solent, pudet me referre quas illi insidias tetenderim, quam ingeniose, quam efficaciter, quam vel dissimulanter vel aper-te. Denique cuncta expertus, nihil unquam proficere valui. Nam opibus aut divitiis, ne ipse quidem multum sperabam illum posse deflecti, neque forma certisque illecebris, quibus ego maxime fidebam, in aliquo unquam deflecti sanctitas eius, integritasque potuit, hominemque plane totum intus prospexi, atque intuitus sum preciosissimam illius effigiem mirabiliter stupendaque sanctimonia praeditam, occulenteque iocundis verbis internam mentis animique severitatem. Itaque licet ab eo spretus atque contemptus videbar, perseveravi tamen in eius amicitia, sapientiam, constantiam, & integritatem hominis obstupescens, virum talem natus, qualem me reperturum esse nullum credideram, procedente post hæc tempora militia illi simul mihi que obvenit ad Pocideam, fuimusque Socrates & ego in eo exercitu contubernales. Quid autem illic egerit quæso attendite, primum enim tum laborum patientia non me solum, sed alios

lios omnes longe superabat: & si quo in
oco, ut accidere solet in bello, commea-
us deficeret, nulli pares huic reperieban-
tur ad famem sitimque perferendam. Rur-
us vero in abundantia rerum & conver-
satione mensaque militari solus iste frui
posse videbatur. Et quanquam bibere
nollet, tamen si cogebatur omnes proti-
nus bibendo longe vincebat. Et quod
mirabile est, ebrium eum quisquam nun-
quam conspexit. Adversus autem hy-
umes & frigora, quæ illis in locis asperrima
sunt, mirabilia faciebat. Quoniam enim
gelu maximo intollerabilique facto, ut nul-
li exire de tabernaculis auderent, & si qui
exibant, non nisi suffarinati admodum,
pedesque & crura pellibus ac fasciis mira-
biliter circumvoluti, Socrates per hoc
ipsum tempus ita exibat cum cæteris mi-
litibus, ut nihil ad eam vestem adiungeret,
quam primo ferre solitus erat. Decalcea-
tus vero per glaciem facilius incedebat,
quam alii calceati. Milites vero hæc vi-
dentes, intuentes se, contemni ab eo su-
spicabantur. Et in iis quidem talis erat
Socrates. Quid autem fecerit toleran-
tissimus vir in eodem exercitu, operæ
preium est audire. Nam cum aliquan-
do sibi cogitatio quædam incidisset, ste-
tit cogitans eodem vestigio à matutino
tem-

tempore. Cumque explicare id quod cogitabat non daretur, perstebat cogitans, neque dimittebat, & iam meridies erat, hominesque id senserant ac mirabantur, alterque narrabat alteri, Socratem ab aurora stetisse cogitantem. Demum vero ab Ionia quidam milites cum nox iam adesset cœnati prius, erat enim tunc æstas, circa eum strata posuerunt, iacueruntque sub divo illum observantes, an per noctem quoque perseveraret, Socrates vero stetit usque ad auroram insequentem, ad solis exortum. Postea vero abiit, cum iam solem nascentem salutavisset. In prælii quoque qualis fuerit, non est silentio prætereundum. Nam cum ea pugna fuit, ex qua me quasi optimum pugnatorem duces exercitus donaverunt, nemo alter hominem me servavit, quam Socrates. Videlis enim graviter me vulneratum, nequamquam deseruit, sed ante me prosiliens, me ipsum atque arma mea protexit, ab hostibusque servavit. Atque ego tunc ista prædicans conatus sum, ut non mihi, sed Socrati huic à quo servatus eram dona illa traderentur: verum duces ad familiæ respicientes dignitatem, me donare voluerunt, ipso quidem Socrate ut dona mihi non sibi tribuerentur imprimis anitente. Illud quoque dignum est memo-

rari, quemadmodum fuga nostrorum apud Delum facta Socrates se gessit. Nam interfui quoque huic prælio, & quidem ex æquo pugnans, cum Socrates ipse pedes esset, profligatis igitur nostris, ac fuga omnium facta, Socrates unà & Laches pedem referebant. Atque ego cum in hos casu incidisset, bono animo esse iussi, merque nunquam deserturum eos edixi. Hic igitur eo melius aspicere potui Socratem, quam apud Pocideam, quo ipse confisus equo minus formidabam. Primum igitur intueri licebat quanto constantia, ac præsenti animo Lachetem superaret. Deinde ut hæstes civesque vicissim respiceret oculis, & aspectu præ se ferens si quis eum invadat, non esse id impune facturum. Itaque tute abibat & ipse & alter, fare enim qui ita cedunt nemo eos invadit, sed eos qui effusa fuga deferuntur. In multis quidem aliis igitur mirifice laudari Socrates potest. Sed talia sunt, ut certi quoque forsitan nonnulli eandem laudem mereantur, verum illa præcipua in isto, per quæ nemini aliorum hominum neque antiquorum, neque modernorum esse similis reperitur. Nam qualis Achilles fuerit, talem coniectet forsitan aliquis fuisse Brasidam, & alios quosdam, & qualis Pericles, tales Antinora & Nestora.

Sunt

Sunt alii quoque, qui isto modo assimilari possint, sed qualis Socrates est, qualisque eius dicendi ratio, nemo prope ad eius similitudinem accedit, neque veterum, neque eorum qui nunc sunt, nisi ut ego nunc dixi atque assimilavi. Quippe nulli hominum, sed Silenis & Satyris. Nam & hoc à me prætermissum erat prius, sermones eius persimiles esse Silenarum imaginibus ab artificibus factis. Si quis enim huius sermones audiat, videntur prima facie nimium esse absurdī. Nomina quippe & verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam procacis habitum præ se ferunt. Asinos enim & canterios, fabrosque & futores, & coriarios semper habet in ore, eademque semper dicere videtur, ut omnes fere qui non intelligentes sint, illius verba irrideant. Verum enim si intus aspiciat, quis eius sermones primo quidem reperiret, sensuum profunditatem habere solos aliorum omnium, & insuper divinissimos esse, ac plurimas virtutum speciosissimas imagines continere, ac per omnem vitam ad bene vivendum extendi. Vale.

II. Leonar-

II.

Leonardus regi Hispaniæ^(*) S.

*Hispaniam laudat, docetque maximos Roma-
ni imperii ex Hispanis fuisse.*

Serenissime ac gloriosissime Rex, cum
vehementer flagitarent quidam fami-
liares tui, ut scriberem aliquid ad regiam
ublimitatem, satis diu renuere perleve-
avi, nec profecto, ut mihi videbar, sine
probabili ratione. Quid enim ego pu-
illus homo, & incognitus maximo claris-
moque regi, non lacesitus primo literis,
non proposita quæstione aliqua provo-
catus, scribere ipse ultro, ac memet inge-
re auderem? Cum illi ipsi non reci-
verent iustissimas excusationes meas, &
juicquid à me scriptum fuisset, id huma-
nitati tuæ pergratum fore affirmarent, da-
e tandem manum ac morem eis gerere
constitui. Quid ergo scribam, serenissi-
me rex? aut quibus initiis aures tuas de-
nulcebo? Scio enim magno Regi non
iisi sublimia & magnifica convenire. Sub-
limiora vero ac magnificentiora, quænam
sse possent quam ea quæ splendorem &
loriam, & incomparabilem laudem gen-

Q

tis

(*) Alfonso Sapienti.

tis tuæ contineantur? Hæc igitur mihi prima congressio sit, primaque scribendi materia. Errant, serenissime Rex, gloriā Romani imperii Gallis aut Germanis attribuunt, Hispaniæ est hæc gloria, Hispaniæ hic honor est proprius. Ab Hispania enim Traianus, ab Hispania Adrianus, ab Hispania Theodosius, ab Hispania Archadius, ab Hispania Honorius, ab Hispania alter Theodosius, imperatores Romanorum fuere, ut non minus re quam eleganter à Claudiāno Poëta scriptum sit: Provinciarum alias frumentum, alias aliud quiddam mittere con-fuesse, solam vero Hispaniam imperatores imperio Romano dare. At quales imperatores, nam in hoc totum confituntur, nempe equidem reor, imo probare possum, ac ratione certa ostendere, Tiberium solum longe plus in suo imperio possedisse terrarum ac provinciarum, quam omnes Caroli, omnes Ottones, omnes Frederici, omnes Henrici simul in unione collecti possederunt. Siquidem Tiberius à Babylonia & Thesiphonte usque ad Gades & Oceanum cuncta possedit, et in rubro mari solus Romanorum principum classem habuit, per quam Indiae vastaret, Aegyptum & Africam totam sub imperio tenuit. Gallia vero & Germania,

nia, & Dacia usque ad Scythiam & Caspium mare illi paruit. Ad hæc autem si comparetur omnis possessio Gallorum, Germanorumque principum, qui unquam fuerunt, vix unius provinciolæ locum obtainere videbuntur. Quamobrem plus ille solus, quam ii omnes simul in unum coacervati terrarum provinciarumque possedit. Idem dico de Adriano quanquam ille quasi pacis avidior, vel Traiani gloriæ invidens ex Assyria & Mesopotamia, quæ à Traiano subactæ fuerant, legiones revocarit. Sed fuit princeps maximus, & non armorum duxat, verum etiam literarum scientissimus. Post hos duos præstantissimos imperatores satis longo intervallo Theodosius imperavit. Hic quoque & orbem terrarum possedit, & virtute non inferior superioribus fuit, qui post multas egregiasque victorias, admirabilesque res gestas Mediolani è vita decedens, filios reliquit duos, quorum Archadio, qui erat maior natu, orientem assignavit, & apud Constantinopolim sedem imperii tenere iussit, Honorio autem Romam & Italiam cum Gallia & Germania, Africaque tota, & Hispaniis attribuit. Hos secutus est alter Theodosius Archadii filius, qui patri patruoque successit. Ii ergo imperatores

Q 2

eo

eo tempore fuerunt, quo vere Romanum
erat imperium. Nunc autem ut est, ^{ad}
ut iam pridem fuit, non ignoramus. Sed
igitur Hispania est, cui haec gloria sit pre-
cæteris tribuenda, cum propter excellen-
tiam maximorum principum, tum pro-
pter imperii non umbratilem, sed veram
possessionem. Sed cur haec ad me scri-
bis, inquieres? ut si tibi nota sunt, gratuler
scienti: si non sunt, nota ut faciam, teque
regem maximi opulentissimique regni ru-
venem summæ spei per exemplum tanto-
rum principum, quos Hispania genuit, ad
excellentiam virtutis ac maximarum re-
rum aviditatem cohorter. Vale, & Bene-
dictum Anamensem doctum hominem &
literatum, qui in obsequio præcellentiæ de-
git, rogo suscipias recommissum.

III.

Leonardus Bartholomæo S.

*Scripta, ut vultus & oculos, esse
animi indices.*

Voluntas deprehenditur animi, non
tam ex verbis quæ simulata esse pos-
sunt, quam ex vultu ipso, atque oculis ~~estis~~
quicunque loquimur. Vnde vultum pu-
tant ab eo dictum, quod quid velimus,
per ipsum significetur. Hoc idem in
fre-

frequenter in epistolis quoque videor
intueri. Sed ita si bonus sit scriptor. Nam
imperitus scribendi quasi fanaticus qui-
dam, neque quid sentiat, neque quid ve-
lit significare valet. Sed in bono scripto-
re praeter verba & sonum inest profecto
aliquid repositum, ac tacitum indicium
animi, quad ut in loquente ex oculorum
motu, sic in scribente ex vibratione ipsa
orationis deprehendas. Nempe tuas in-
ter & aliorum literas hoc interesse video,
quod illi ad me scribentes externo quo-
dam & communi, tu autem interno ac
principio amore meo deflagras. Quid
enim tam affectuosum quam tua epistola,
qua cum verbis facundissima sit, habet ta-
men in se tacitum quiddam amoris, ac be-
nevolentiae longe ardentius. Quod eti-
mihi pergratum est, tamen efficit uscibi
me meaque laudanti minus fidei impen-
dam, quasi affectione nimia quo minus re-
cte iudices impediare. Sed non plura de
hoc, praesertim cum sit non novum, sed an-
tiquum me à te observari unice atque
amari. Quod autem decreto civitatis
Anconitanæ vocatus sis ad negotia rei-
publ. obeunda id tibi & honestum inpri-
mis & honorificum duco. Est enim civi-
tas illustris ac famosa caputque provinciæ
magnæ ac notabilis, cui etiam nomen da-

re pro excellentia meruit, ut Ancomita marchia nuncuparetur, portumque habet insignem, cives autem & prudentes graves, morumque & civitatis, ut ita dixerim, observantissimos. Adde ad haec quod eadem civitas altera semper patri Aretinorum fuit, quod benevolentiam & affectionem tuam plurimum debet inspirare. Tu igitur fide, virtute, industriaque tua quotidie magis annitere, quo cumulatum integerrimumque obsequium illi perfolvas. Vale, scribo epistolam unam Cyriaco, quam leges, & ut ei reddatur gratias. Iterum Vale.

IV.

Archiepiscopo Mediolanensi (*)

Epistola sequens est Apologetica pro sua Aristotelis translatione.

NVM per se ipsas mihi gratissimæ fuerunt literæ tuæ, cum gratiores eas fecerit, quod libellum Alphonsi præstantissimi viri pro antiqua & Ethicorum interpretatione scriptum usæ cum ipsis litteris ad me misisti. Quem cum legere coepi sem, statim à proœmio ridere mihi congit.

(*) Bartholomæo Capræ, ad quem etiam superior Epistola.

it. Siquidem ut olim Stephanus veritem novam prædicans, à Iudaizantibus, oc est, à veteris legis defensoribus, lapibus impetus est, ita nunc me novam & veram traductionem edentem veteris lius non traductionis sed delirationis efensores lapidibus impetere comminatur, dignam profecto mercedem vigiliaum mearum, quas pro communi utilitate suscepi, ac bonam nimirum gratitudinem, ut si quispiam phrenesi correptus venientem ad se medicum lapidibus repellat. Sed de lapidibus quidem quemadmodum urbane ac non maligne ab illo præstantissimo viro dictum est, sic ego urbane suscipio, nec miror id mihi accidere, quod ne Hieronymus quidem vir doctissimus potuit evitare. Adversum cuius interpretationes fidelissimas quidem ac verissimas quidam illius ætatis homines, nec hi sane admodum indocti reclamabant, ieiunitatem & famem & ineptias antiquæ literæ præferentes. Est enim quibusdam natura insitum, ut quæ in adolescentia percepint obstinate defendant, idque faciunt non tam scientia rerum inducti, quam inveterata quadam existimatione. Hi tunc repugnabant adversus Hieronymi utilissimos labores, & nunc adversus ista nostra pares quidam

ac similes illorum repugnant. Verum ut illi tandem à veritate ipsa fracti minus dare coacti sunt, sic nostros istos refragatores confido manus tandem esse daturos. Non enim incerto vacillantique iudicio interpretationem fecimus, sed certissima explorati^mque ratione: Itaque victa demum repugnatorum protervitas & à veritate ipsi increpata conticescet. Quanquam cu^m unquam facilior ac prosperior cursus fuit quam interpretationi nostræ? quam simul atque edita est, sic arripuerunt homines, ut momento pene temporis non solum Italia voluminibus eius repleta est, verum etiam ad extremas terrarum oras convo^mtarit, ut publica im lectione studiorum celebretur. Alphonsus vero iste correptor noster permultum ut video, de nobis fallitur, putat enim me quendam è turba hominem temerario ausu ad hæc scribenda prosiluisse, neque studia nostra, neque diligentiam novit, neque gravitatem religionemque, cu^m qua semper viximus, emetitur. Itaque ignarus horum omnium puerilia quedam de nobis suspicatur. Inquit enim, me posse fingere ita in Græco esse, cu^m nos sit. Erat videlicet in eo, quod me solum putat Græcae linguae studiosum, ac nescit plenam

elenam esse Italiam doctorum hominum,
qui Græcas pariter Latinasque literas te-
rient, qui & ista nostra quotidie legunt,
& eorum censuram necessario subimus, &
certe non inviti, qui libenter nos argue-
nt, si quid falso configureremus, quan-
quam quæ causa nobis esse posset tantæ
vanitatis. Certe si bonus vir est Alphon-
sus, non deberet de alio talia suscipiari.
Illud etiam in eo puerile, ne dicam leve
est, quod Demosthenis Aeschinisque ora-
tiones illas formosissimas in causa Ctesiphontis, ne à Cicerone furatus sint, suspi-
ciari videtur. Inquit enim, se legisse à Ci-
cerone iam fuisse translatas, ac nescire se
i illas viderim. Hoc perinde est, suspi-
cior ne Ciceronis sint, hic autem suas esse
confignit. O sapientem hominem, putat
enim se dicere aliquid magnum ac no-
rum, cum dicit legisse se à Cicerone iam
uisse translatas. At me Hercule! nemo
puer, qui modo quatuor pagellas legerit,
hoc ignorat. Est enim mille locis scri-
ptum orationes istas & Xenophontis œco-
nomicum & Prothagoram Platonis à Ci-
cerone in Latinum fuisse conversas, & in-
uper Arati librum de figuris coelestibus,
qui libri omnes iamdiu periere, extat so-
ummmodo præfati uncula quædam Cice-
ronis, quam illis orationibus asscripsit,

Q5

quæ

quæ est in manibus omnium , oratione
tum ipsas ab adolescenti Cicerone Lat-
inas factas , nec ego , nec quisquam ætatis
nostræ unquam conspexit , sed ne suspi-
cetur Alphonsus , illud sciat , nos non mo-
do illas , sed alias insuper satis multas De-
mostenis orationes ; quas Cicero nur-
quam attigit , è Græco traduxisse , ut satis
grande volumen earum à nobis traduc-
rum existat , quas à Cicerone furatum ne-
mo suspicari me potest . Illud etiam leve
quod Italicos statim calamum arripere in-
quit , quod otiosi sint , Hispanos vero , quod
regia curia sint occupati , calamo vacare
non posse . Quasi vero Itali non & cur-
am habent Romanam , multo certe ma-
iorem , quam sit regia , & infinitas publi-
carum privatarumque rerum occupatio-
nes . Nec sane consentaneum est , ut in
extremo mundi angulo , plus humanarum
occupationum sint quam in medio . Sed
hoc relinquamus , sunt enim generaliora
& de causa nostra dicere prosequamur .
Si tantummodo consulteret amico suo Al-
phonsus , ut veterem interpretationem
legeret , non autem novam , filerem equi-
dem atque conticescerem . Est enim li-
berum cuique pro captu intelligentie suæ
consilium dare : Sed cum non contentus
consilio , refellere quædam improbareque
villus

risus est: Honestum mihi fuerit defensio-
iem suscipere. Illud igitur moneo, ut
patienter ferat, vice versa redargui. Ne-
que enim pugil ea lege in certamen de-
cendere debet, ut percutiat ipse alios,
non autem percutiatur. Ac primum de
persona reprehensoris mei dicam, postea
ero de re ipsa quantum necessarium erit,
ransigam. Magnum esse hominem Al-
phonsum existimo, idque ex Proëmio
vius libelli apparet. Est enim, ut video,
uris professor eximius, quod principale
tudium eius esse videtur. Et etiam, ut
psemper in præfatione huius libelli prædi-
cat, frequentibus ac magnis occupationi-
bus regiis occupatus. Retinet in iis ipsis
occupationibus admirandam curiosita-
tem, ut noscat, si quisquam aliquid novi
in iure, quæ sua est professio, ediderit.
acræ paginæ codices familiarissimas habet
ec iis contentus prophetiam sibi ascii-
vit, Platonem & Aristotelem cum Theo-
hasto & Archesilao indagatur, Ciceronis
Senecæ libros crebro evolvit, Quinti-
anæ disciplinæ non parcit, Poëtas & Hi-
oricos omnes pariter novit, ac in deli-
is habet: præstantissimum hominem ne-
ire non possum, qui tot & tanta tam va-
a sciat, nostri quidem Itali, qui iuris stu-
um profitentur, nihil fere aliud sciunt;
quam

quam ipsum ius, & si in cæteris vagis
studiis ac Philosophis, & Poëtis, & Orat
ribus & Historicis impartiri operam
lint, ridiculi habentur. Nihil enim plu
tenent, qui cuncta sectantur. Contigit
enim illis, quod de viatoribus dictum est
permultos quidem habere hospites, sed
amicos nullos. Si igitur Hispani tam
ac tam multa & varia possunt, congratula
lemur Hispaniæ, quæ tales viros producunt.
Si Alphonsus unus, congratulemur soli
Nostris ego hominibus suaderem, ut iuri
periti in iure suo se contineant, aliena ve
ro castra non temere ingrediantur. Nam
enim disciplina, quæ non ætatem homini
totam occuparet, beneque agi existimat
dum est, si singuli singulas adipiscantur.
Nec ego illos reprehendo, qui multa
ac varia quantulacunque ex parte atti
rint. Sed illud moneo, ne cum super
ciem aliquam norint, sibi de tota re in
cium arrogare pergent. At de personis
quidem in hunc modum à me sine ullis
contumelia dictum sit. De re autem pri
palique negotio quid ipse sibi velit, vix
quidem intelligo. Omnis quippe conter
tio nobis de interpretatione est: interpre
tatio autem omnis recta, si Græco respon
det: vitiosa si non respondet. Itaque omnis
interpretationis contentio unius lingue

I alteram est. Hic autem Græcam lin-
guam et ignorare fatetur. Quæ igitur
ecum disputandi ratio illi relinquitur,
isi per divinationem quandam rei peni-
is incognitæ. Si nescientem se plus mea
ngua intelligere putat, quam ego, si scio,
itolerabilis est: Sin me plus intelligere
concedit, quid mecum contendit. Con-
ero, inquit, antiquam interpretationem
tuam, quod possum, & illam longe an-
pono, utrum tu eam anteponis, quia
egantior sit, an quia verior? Si quia ele-
antior, nihil profecto sapis, si quia verior,
uomodo id iudicare potes, qui Græcum
escis, ad quod omnis veritas interpreta-
onis est necessario referenda? Nullo
erto modo, nullaque ratione. Itaque
ecum de veritate interpretationis con-
tendere, nihil est aliud, quam cum vati-
nante aliquo somnianteve contendere.
Quid tu ergo mihi de bono potius, quā de
immo bono interpretando vaticinaris?
Quid de re tibi incognita disceptas? con-
cturam afferens. Quamobrem bonum
cendum sit, non summum bonum, &
quis, me, qui statim ab initio errave-
m, in multis postea verisimiliter erravis-
Profecto si intelligas, quam inepta di-
s, taceres potius quam loquereris. Græ-
enim litera, quam tu penitus ignoras,
sum-

summum bonum habet expresse, & Greci per unum verbum significant *γαθον*. Idque etiam in libro Ethico decimo manifestius patet, ubi opinio recitat Eudoxi. Inquit enim, Eudo summum bonum voluntatem esse cebat, propterea quod omnia ratione eam appetere cernebat. Singula quod sibi bonum sit reperire, quemodum escam: Cuncta vero in idem omnibus optimum esse significare. Autem omnibus bonum sit, & quod appetunt, id esse summum bonum. Eadem verba sunt, eademque sententiae in principio Ethicorum, dixit bonum quod omnia appetunt, in decimo autem quia videbat absurdum esse dicere, omnibus bonum sit, & quod omnia appetunt, id esse bonum, mutavit sententiam & dixit per se bonum, quod omnia appetunt, nec puduit, ex eodem verbo non bonum interpretari, modo per se bonum. Sed tamquam in decimo dixit, per se bonum quod omnia appetunt, corrigere fecit seipsum, quod in primo dixerat bonum, quod omnia appetunt. Non enim mis ultima, sed ultimis prima corriguntur. Agone ut intelligas, quantum fieri posse in Grecarum linguae iugando sis, tandem respondebas, non esse idem verbum in C.

eo, dum dicit aliquod appetere, videtur & paulo post dum dicit, propterea bene ostenditur summum bonum, quod omnia appetunt. Sed in primo est verbum ἀγαθὸν, quod significat bonum, in secundo est verbum τὸ ἀγαθὸν, quod significat summum bonum. In quo si mihi non credis, audi, quæso, Eustachium autorem, doctissimum hominem & horum ipsorum librorum commentatorem, quomodo hoc ipsum verbum exponat. Tὸ ἀγαθὸν, inquit, quod componitur ex τῷ & ἀγαθὸν, nihil significat aliud, quam primum bonum ac summum bonum, & est scientia quidem ἀγαθὸν, non tamen τὸ ἀγαθὸν, & virtus ἀγαθὸν, non tamen τὸ ἀγαθὸν. Sic per hoc elementum τὸ ostenditur principium & causa, ac velut extremum omnium bonorum. Quid ais ad hæc? An hi sunt errores mei, quos statim ab initio deprehendisse iactas? An non vides, stare non posse, ut τὸ ἀγαθὸν interpretetur bonum, & interpretem tuum seipsum postea corrigerem voluisse, sic pro bono posuisse per se bonum, quod omnia appetunt. In quo etiam defectus fuit, cum per se bonum non illud ostendat, quod vult. Quæcunque enim propter se & propter aliud expetuntur, ut scientia, ut integritas sensuum, ac cætera iuriusmodi per se quidem bona sunt, non tamen

ramen summa. Itaque ut à Boëtio & Lactantio, & à Tullio extremum illud, quod omnia appetunt, non per se bona appellatur, sed summum bonum. Hoc summa bona, inquit Boëtius, quæ inter diversa sint, esse non possunt. At Deum & beatitudinem summa bona esse contimus. Lactantius vero inquit: Epicurus summum bonum in voluptate posuit, & fuit opinio Eudoxi, Tullius autem in libro de finibus dicit, facit Lutius noster denter, qui de summo bono audire vult. Nlo enim in Philosophia constituto, constituta sunt omnia. Hi ergo omnes sumum bonum dixerunt, non per se bona. Qui igitur in hoc me reprehendit, iste meam arguit, sed suam detegit rudimentum. Evidem si tales sunt errores mei, non uno multis in locis eos reperiri. Et eorum quidem linguam se ignorant ut diximus, fatetur. De Latina vero, pace sua dixerim, absurdissimam sentit, per enim non Graeca modo verum esse, ut appellat, Galetia quædam & Germania Hispanica vocabula in Latinam orationem esse admiscenda, atioquin linguam per Latinam inopem atque defectivam perire. Recte suadebam iuris perito, ut in suo dio versaretur, hæc enim quæ de Latina lingua existimat ita sunt aliena, & absurda.

rentia ab omnium pene literatorum opinione, ut nihil videri possit absurdius. Quid enim est aliud quain Barbara simul & Latina & Græca in unum confundere, & chaos, ut ita dixerim, literarum moliri. Vide quam multum inter me & illum inter sit. Ego nullies singula verba olfacere soleo, priusquam literis mandem. Nullum denique nisi probatum, & ab optimis autoribus mihi commendatum recipio. Ille autem passim undecunque oblatum arripit, itaque bomolchos & agricos, & eutrapeles, & epieches, & tacettes, & cætera huiusmodi monstra verborum probat, & qui in opulentia latinæ linguae mendicat, non intelligit paupertatem propriam, sed communij linguae adscribit paupertatem, iuxta illud Sallustianum: Culpam autores quique suam ad negocia transferunt. Iam equidem non miror translationem illam veterem ab isto probari. Est enim secundum eius regulam confusa quadam & permixta barbaries, sed illud deterius, quod eam Boëtii putat, nec intelligit quantum figura, nitorque dicandi, qui in Boëtio eminet, longissime absit ab illius interpretis deliratione. Nos certe nullam Boëtii interpretationem habemus, præterquam Porphyrii & prædicamentorum, & periher-

R.

me-

menias librorum. Quos si accurate leges, videbis summum illum virum sine ullis ineptiis libros illos transtulisse. Textus est nitidus & planus, & Græco respondens. At enim in Ethicis & Physicis quid tandem est, præter ineptias meras? non verba in iis latina, non dicendi figura, non eruditio literarum, præterea ab ipso Græco male accepta complura. Hæc à Boëtio longe absunt, viro in utraque lingua docto & eleganti. Nunquam ille architectonicam nunquam eutrapeliam, nunquam bomolchos, nunquam agricos, quorum vocabula in latino habemus, in Græco reliquisset, nunquam tristiam pro dolore posuisset. Nunquam honestum cum bono, eligere cum expetere confundisset. Nunquam per se bonum dixisset, quod ipsem alias appellasset summum bonum. Atque ut scias, duæ fuerunt ante me, quod equidem viderim, interpretationes Ethicorum, una quam ex Arabe lingua traductam constat, post Averrois philosophi tempora, quæ quoniam anterior est, vetus appellatur. Altera hæc posterior & novior à Britanno traducta, cuius etiam proœmium. Quomodo igitur Boëtii fuit ista interpretatio, cum vetusta illa & post Averroin fuerit? Boëtius

quot seculis Averroin anteeat. Reliquum iam crimen est, quod huic interpreti maledixerim, equidem si vitam illius, si mores, si genus insectatus essem, tunc faterer me maledixisse. Sed nilil tale attigi, neque attingerem. At enim de literis, studiisque contendere, ac interdum vehe- mentius urgere, & si res exigat, adversarium pungere, differere id quidem est, non maledicere. Denique tota vis in eo ver- satur iure, an iniuria illum reprehende- rim. Duxi libras illos inepte traductos, quis negare potest? Duxi Greca verba ob ignorantem latinae linguae ab eo re- dicta, pro quibus latina vel optima habe- remus, ut duxi modo, sed probavi, & ver- ba ipsa ostendi. Cetera quoque errata- nec ea pauca, nec levia redargui. Aut igi- ur ista defendat, si potest, aut me pupugis- e illum non moleste ferat. Evidem si n picturam lochi quis fecem proiiceret nati non possem. Quid ergo existimas nihil accidere, cum Aristotelis libros, omni pictura elegantiores, tanta traductionis fe- le coinquinari videam? An non com- noveri, an non turbari? maledictis tamen bstinui, sed rem ipsam redargui, ac palam eci. Hæc mihi ad te, Francisce charissi- me, scripsisse libuit, potius ut satisfacerem ostulationi tue, quam quod necessarium

arbitrarer. Cum enim & scripta mea extent, quibus illum redargui, & huius defensiones faciliter quis disiudicare possebit, quam inania sint, que ab isto afferuntur. Vale, Idus Octobris.

Leonardus Antonio Cremonæ S.

Mediolanum urbem vetustam semper populosam tot seculis miratur, queritque unde dicta sit.

CVM præstantissimus Laudensis episcopus à me tuo nomine literas satis tasset, cogitavi si scribendo lucrificeret quid ad te possem, scenerator enim litterarum esse consuevi, pluraque repetere quam dare. Vellem igitur scire abesse quandoquidem tuus Mediolanensis est, ne patriæ tuæ conditiones tibi notissimae decet, facio fieri putas, an aliqua vindicatione ratione, ut Mediolanum urbs populosissima iamdudum fuerit atque sit? Evidem apud probatissimos auctores legisse memini, usque dum per Scipionem tempora populosissimam totius Italiam urbem Mediolanum fuisse, excepto Roma. Hodie vero eandem videamus omnino omnium, nullaque excepta, populosissimam Italiam esse, continuatur

tur istius urbis populositatem annis pro-
pe mille septingentis, tot enim à Scipio-
num temporibus ad ætatem nostram fue-
re. Mirabilissimum existimo, præsertim
cum videam cæteras urbes magnas qui-
dem prius ac populosas in hoc medio
temporis cursu fere ad inanitatem esse
redactas. Quid enim hodie Roma, præ-
ter nomen? Quid Athenæ? quid Syra-
cuse? quid Corinthus? quid Capua?
quid Veios? quid Corcyra? quam anti-
quis illis Peloponesiacis bellis centum
triremes implere, atque ad bellum mitte-
re consuēsse novimus, nunc autem vix
trifocalmum unum impleret. In tanta igi-
tur varietate ac defectu urbium aliarum
continuasse Mediolanum populi sui nu-
merosam magnitudinem, & ex tam anti-
quis temporibus ad tempora usque no-
stra perduxisse, mirabilissimum puto. At-
que huius à te rationem causamque re-
quiro. Vtrum id existimes fato quadam
fieri, an temperie cœli, an situs bonitate,
in ueritate sohi, an principum eius urbis,
qui excellentissimi procul dubio fuere,
provida quadam sapientia in repellendis
pestilentibus, & salubribus adsciscendis?
Hæc audire cupio, ac super iis responsum
expecto. De nomine quoque Mediolani
certior fieri velim, unde sit, & quamob-

rem dictum. Consueverunt enim eius originem, antiquitatemque suæ civitatis non ignorare. Ego autem originem eius non quæro, est enim explorata & certa, sive enim de gente quæramus, à Gallis conditam fuisse constat, sive de civitate, ab Heduis à quorum pago Insubres' dicti sunt. Sive de tempore, non magna varietas, ut in tanta vetustate esse potest. Tarquino enim Prisco regnante, in Italiam transisse Gallos primum confit. Fuerunt autem ii Bituriges, sive igitur Hedui simul cum Biturigibus transierint, sive postea per priorum vestigia Hedui & Cenomani secuti sunt, sive ad extremum cum Senonibus & Bois, non magna temporis varietas est. Ego igitur ista non quæro, sed civitas unde nominata sit, sudire cupio, utrum ab eo quod media sit inter amnes, vel ab alia quadam ratione. Claudianus enim Poëta, cui multum ob buo, ab ovibus dictam arbitratur. Nam cum Venorem ex Cypro ad nuptias Honorii imperatoris, que Mediolani pertinabantur venientem describeret, eam non advectam dicit, usque ad Ligures, inde vero Mediolanum advolasse. Verfas Claudiani sunt ii:

*Iam Ligurum terris spumantis possit
Tryton*

Appr.

*Appulerat, lassusque frequens extenderat
orbes.*

*Continuo sublime volans ad mœnia gallis
Condita lanigeris ovis ostentantia pellem
Pervenit, adventu Veneris pulsata rece-
dunt.*

*Nubila, clarescunt puris aquilonibus al-
pes.*

Ego igitur nisi tu melius aliquid doceas,
Claudiano assentior, qui & doctissimus in
historia fuit, Græcæque linguae, unde id
nomen duci videtur, peritissimus Medio-
lanj quoque versatus, utpote qui sub Ho-
norio aulicus fuerit & miles. Vale.

VI.

Leonardus regi Hispaniæ (*) S.

*Literas scire regium esse, & quod scriptorum
genus reges debeant legere.*

Serenissime ac superexcellentissime Rex,
placuisse literas meas regiæ sublimitati,
benigneque & humaniter ad me rescripsis-
se magnopere gaudeo, super omnia mihi
tamen gratissimum fuit, intelligere sere-
nitatem ipsam, cum per occupationes li-
cet studiis & literis operam impartiri so-
lere. Rideat enim me, si quis vult ex ho-

(*) Alfonso Sapienti.

stibus istis literarum, ego tamen regem
vix puto, qui literas nesciat. Nec por-
ro mihi quicquam videtur tam regium
& laude rerum eminere, & scientia litera-
rum ornari. Hæc nempe duo, iudicio
meo, regium culmen requirit. Nec ego
tamen omnia flagito in rege studia, sed illa
tantummodo quæ sunt propria. Quæ-
cunque igitur ad rectam gubernandi for-
mam, quæcunque ad iustitiam, ad mansue-
tudinem, ad magnanimitatem, ad gloriam,
scripta nos instruunt, & hortantur, ego
Regi legenda & imbibenda puto. Intelli-
get enim Rex & pacis, & belli temporibus,
qualem se præstare oportet. Et quamvis
multum natura valeat, tamen mirabile
quantum scriptis monumentisque doctissi-
morum hominum adiuvabuntur. Vide-
bit enim quantus sit gloriæ splendor, quan-
tus bene agendi etiam in hac vita sit fru-
ctus. Quid regem distinet à tyran-
no, quæ deformant virtia regentem, quæ
virtutes clarum maxime ac celebrem red-
dant. Hæc autem non ab istis balbutien-
tibus ac semidoctis, qui omnia inepte scri-
bendo conturbant, sed à veteribus illis
præstantibus viris perdiscet, qui ad ve-
ram philosophiæ rationem adiunxerunt
scribendi nitorem & elegantiam. Ut enim
equi, vestesque nitidiores regem decent,

sic

sic etiam oratio speciosa & ornata, & gravis. Historia quoque magistra vitæ quantum afferre regenti fructum potest, regunt enim potentissimorum & principum, magnorumque populorum origines, factaque cognoscere tum ad voluptatem animi, tum ad disciplinam agendi multum admodum confert. Et habet sanctum hoc genus scriptores optimos, omnique munditia nitoreque perpolitos, quos legere dulce sit, & perdisse nequaquam arduum. Ego igitur ad hæc regem cohortor, non arrogantia quadam, sed fidei animo. Et hæc satis epistola enim prolixitatem respuit. Cæterum Serenissime Rex, quia scriptorum meorum aliquid pertebatur per literas regias, paravi munusculum, quod tuæ dono maiestati. Erit enim cum iis literis libellus quidem è meis varia continens opuscula, non à me potissimum electa, sed casu ita fuerunt prescripta, ea volo esse regiæ solennitati tanquam degustationem quandam scriptorum meorum, recommendans me.

VII.

Leonardus Benedicto Anagnino S.

Laudat Italiam, & vitam parvo conten-tam, & quas epistolas conservet, cer-tiorem reddit.

CVm existimarem esse te penes regem Hispaniæ, scripsi ad eum commendatio-nem tui, quæ si forsan, ut tibi ipsi aut al-teri, qui te bene norit, visa sit brevior, quam magnitudo meritorum tuorum fla-gitabat, illam scito fuisse causam, quod tunc primum ad hominem tantæ digni-tatis scribens efficaciorum, ac minus su-spectam illi fore commendationem existi-mavi, si non dedita opera, sed quasi ca-su in eam devenisset, ut non affectata, nec precibus elicita, sed ex se ipso nata com-mendatio videretur, essetque potius te-stimonium doctrinæ & excellentiæ tue, quam explicatio laudis. Hæc igitur ante omnia declarare libuit, ut scires me quam amplissime de te sentire, sed tantum di-xisse, quantum prodesse existimavi. At enim, ut video, tu iam abieras, cum literæ meæ ad regem pervenerunt. In quo laudo equidem consilium tuum, quod ne-que aulas regum, neque omnem auriferi Tagi arenam pluris feceris, quam Italiam nostram,

nostram, de qua præclare Virgilius inquit:

*Sed neque Medorum sylvæ ditissima tellus,
Nec pulcher Ganges, nec auro turbidus Her-
mus,*

*Laudibus Italiæ certent, nec Bacra nec
Indi,*

*Totaque thuriferis Panchaia pinguis are-
nis.*

*Hæc loca non thauri spirantibus naribus
ignem*

*Invertere satis immanis dentibus hydri,
Nec galeis densisque virum seges horruit
bastis,*

*Sed gravidæ fruges, & Bacchi massicus hu-
mor*

Implevere, tenent oleæ armentaque lœta.

*Hinc bellator equus campis sese ardus in-
fert.*

*Hic ver assiduum atque alienis mensibus
æstas.*

Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos.

*Adde tot egregias urbes operumque labo-
rem,*

*Tot congesta manu præruptis oppida saxis,
Fluminaque antiquos subter labentia mu-
ros.*

*An mare quod supra memorem, quodque
abluit infra?*

*Anne lacus tantos te Lari maxime, teque
Flu-*

Flueribus & fremitu assurgens Benace marino?

Immemorem portus lucrinoque addita claustra,

Atque indignatum magnis clamoribus equor?

*Hec eadem argenti rivos ærisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Hec genus acre virum marsos pubemque
Sabellam,*

Affuetumque malo Ligurem Volscosque verutos

Extulit, hæc Decius, Marios magnosque Camillos,

*Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.
Salve magna parens frugum Saturnia tellus
Magna virum.*

Proh deus immortalis, non discunt pueri nostri hos versus, qui deberent medullitus esse infixi, quo excellentiam patris nosceremus. Evidem quotiens peregrinus sum, non solum amoenitatem hanc, suavitatemque natalis soli, verum multo magis humanitatem, atque ingenia nostrorum hominum requisiui. Est enim necio quid natura insitum nationibus, aliis longe à nostris moribus ingeniosque alienum, atque ut Falerni vini sapor, aliis est, quam Taracenensis, ita mihi videntur homines ab ipsa, in qua nascuntur terra, saporem,

rem, ut ita dixerim, naturæ ingeniorumque traxisse. Intueri licet alios immanes, alios efferatos, alios stolide arrogantes, alios ita alieno iudicio, ut nec iustum, nec honestum eadem regula qua nos metimur, metiantur, alios suspiciosos & diffidentes. Me quidem cum mei similibus conversari iuvat, & cum iis qui sint eiusdem mentis atque sensus. In iis enim amicitia sit, in aliis vero aut nunquam, aut perraro. Quibus autem in locis amicitia cadere non potest, in iis nulla potest vitæ iocunditas reperiri. Sublata vero iocunditate vitæ, & felicitas tollitur, quæ non potest esse absque vitæ iocunditate. Ego igitur te reversum ad ea loca gaudeo, in quibus tibi & amicitia & felicitas esse possit. Perindeque tibi suadeo, ut in patria confistere velis, ac longinquas istas spes omnino contemnere, præclare enim Poëta quidam inquit: Neque divitias opto, neque voto precor, sed mihi contingat ex parvo vitam agere, omni carente molestia. Et apud Theocritum Syracusatum pastor quidam loquitur: Non mihi sint neque ope: Pelopis, neque regna Seleuci. Nec celeri cursu ventos superare fugaces. At vacuo curis liceat cantare sub antro. Et procul è specula mare prospectare profundum. Hanc nos vitam nobis

nobis ipsis plurimum dare possumus, finem modo cupiditatibus imponamus. Sed de iis alias, & quidem uberiori, nunc autem quasi per transennam hæc attigisse satis esto. Quod autem epistolas quasdam meas apud virum clarissimum Columnensem legeris, non mihi placet. Ut enim Lucilius formidans doctorum hominum iudicia, non Romanis, sed Tarentinis & Consentinis scripsisse se suos libros aiebat, proinde isti non legerent, illi legerent. Sic ego epistolas meas Romanis aut Anagninis scripsisse nego, sed ne Pefinis & Subtinis. Quid enim habere laudis epistolæ possunt familiares, præsertim & de rebus contingentibus scriptæ? Itaque ego ipse spernens satis longo tempore nullas servavi, postea vero cum intellexisset quasdam pro meis circumferri, quæ meæ non essent, inquirere illas cœpi, & quas postea scripsisset, servare: non tamen omnes, sed eas tantum, quæ haberent in se narrationem rei non quotidianæ. Tu vale, ac me ut facis, ama. Florentiæ, 12. Calend. Septembris. Ut vero tibi proponam aliquid exercitationis gratia, illud quæro abste quomodo intelligenda sint illa Virg. verba:

Hic ver assiduum, & alienis mensibus ætas.

F I N I S.

LEONAR.

LEONARDI ARETINI

LIBER OCTAVVS.

I.

Leonardus Flavio Foroloviensi S.

*Libros Politicorum Aristotelis prædicat,
& enumerat quid in illis
trahet.*

Volo ut extet opus aliquod studiorum meorum, quod sit testis & iudex amoris mei erga sanctissimum dominum Eugenium Papam quantum. Nam cum ab adolescentia mea illum dilexerim, propter celsam quandam eius magnitudinem animi, & virtutis præstantiam, & ipse me inter familiarissimos recipere dignatus sit, debet profecto monumentum nunc aliquod extare dilectionis meæ. Itaque libros Politicorum multis à me vigiliis, multaque affiduitate & opera in latinum conversos, ad beatitudinem mittere constitui. Est enim opus magnificentum, ac plane regium, & profecto dignissimum quæd summo principi dicitur, quandoquidem tota eius libri materia est de rectione populorum. Est insuper eo nitore, eaque elegancia scriptum, si modo illam nos servare potuimus, usque

se quasi pre^{ce}ciosa veste ornasse videatur,
qua non erubesceret ante faciem eruditum
principis comparere. Evidem affirma-
re ausim nullum esse opus latinæ lingue,
de literatis loquor, quod huic Aristotelis
operi sic anteponendum, dignitate rerum
tractatarum, & autoritate scriptoris. Tu
ipse dum leges, gaudebis profecto: non
modo ob scientiam rerum eximiam, ve-
rum etiam ob incredibilem quandam am-
plitudinem, varietatemque & copiam. O-
cto sunt illius operis libri, plenissimi qui-
dem rerum memorandarum. In eorum
primo quasi elementa civitatis contine-
ntur. In secundo autem respublica ante
se vel scriptas tantum impo^{do}, vel actu exi-
stantes singulacim recenserit. Scripterant
enim ante ipsum quatuor maxime pre-
stantes, Plato Atheniensis, Hippodamus
Milesius, Phaleas Carthaginensis, Epime-
nides Creensis. Horum institutiones &
formas rerum publicarum recensens, si-
gnatas seorsum examinat. Itaque multi
ad eam formam reipublicæ, quam scriptit
Plato, multa subinde ad eam, quam scriptit
Hippodamus, multa insuper ad eam, quam
scriptit Phaleas, disceptat. De civitatibus
autem quæ actu erant, tres enarrat, quo^{rum}
optime ceterarum omnium gubernari
putabantur, Lacedæmoniorum instituti-

&

& mores. Deinde Carthaginensum, postea Cr̄tensium. Est pulcherrimum in iis videre, quæ instituta & formæ illarum rerum publicarum essent, quæve probet Aristoteles, aut refellat. Multa præterea in hoc ipso libro de Atheniensium republ. multa de Solone & Licurgo, de cæteris legum positoribus amoenissime referuntur. Cum igitur nullam earum rerum publicarum esse perfectam ostendisset, ipse iam in III. libro totam materiam ingressus, opinionem ac disciplinam explicat suam. In quibus, Deus bone, quanta series rerum, quanta varietas, quanta explicatio pulcherrimarum quæstionum, quanta exemplorum historiarumque multitudo inducitur, ut omnia, quæ unquam facta sunt, nota fuisse huic philosopho videantur. Quis putasset in iis libris historiam Italæ contineri? Atqui ita refertur de Italo rege, deque Italia ab eo nominata, ut mihi atinam historiam legisse videatur. Quis putasset de Carthaginensibus, deque eorum institutis & moribus ab hoc philosopho dici? Atqui ita de iis refert, ut omnia illorum cognovisse appareat. Præcipue tamen est in eo disciplina mirabilis. Tres putat esse rerum publicarum species rectas, aut enim unus ad utilitatem publicam gubernat, & hic est rex, aut pauci,

S

&

& ii sunt optimates, aut multitudo mixta ex opulentis & popularibus, & haec proprie appellatur respublica, iis tribus legitimis speciebus tres aliæ species non legitimæ correspondent, quas ille tum labes, tum excessus, tum errores appellat: labitur enim regia gubernatio in tyrannidem, optima tum vero in paucorum potentiam, res publica vero in popularrem statum, popularis igitur status non legitima gubernandi species, neque paucorum potentia, neque tyrannis. Sed omnes istæ tres sunt excessus & labes. Legitimarum omnium specierum præstantissima est rex dignitate, ac bonitate post regem optimates, post optimates respublica. In labibus autem contrarius est ordo, popularis enim status quæ est labes reipublicæ, statum post rempublicam collocatur. Paucorum autem potentia, quæ est labes optimatum, post popularrem sequitur: tyrannus vero, quæ est labes regni, sextum in ordine locum obtinet. Itaque labes regni fit de supra ma specie ad infimam, id est, ex optimis omnium rectorum ad deterrimam omnium depravatarum. Reliquæ vero species minus ex alto cadunt, quoniam non tam perfectæ sunt, quam regia gubernatio. Regum autem ipsorum utrum

it species, an plures? & quæ sint propria regis, quæve tyrannica, & quid interfit, & quomodo fiant, præterea quæ conservent gubernationem unius, quæve corruptant, & quæ consilia atque remedia præ conservatione sint adhibenda, misericorde differitur. Illud vero admirandum, quod nemo rex unquam fuit, qui præstabilior esset, cuius exempla & mores non referantur: nemo tyrannus per Græciam, Asiam, Siciliam, Italiam, cuius non vita & mores, & quibus artibus dominationem conservaverint, & quanto duraverint tempore, describatur. Rursus vero in plurium gubernatione quæ accidere consueverint seditiones atque discordiæ, & quibus de causis orientur, quæ vel consilia atque remedia adversus hæc existant. Præterea de situ urbis, de regione, de magnitudine populi, de disciplina iuventutis, longo ordine demonstratur. Sed quid ago? Tanquam enim mare ingressus, provehi me in altum sentio, referam ergo pedem, & ad ipsos libros, tanquam ad littus revertar: ubi hæc omnia divinitus prescribuntur. Vale.

II.

Leonardus Antonio Grammatico S.

*Contendit in hac Epistola mibi per c scribam
dum, & quarundam aliarum dictionum
rationem reddit.*

AN dicendum scribendumque sit ~~sc~~ pronomen michi, per c literam, id sine c potius, à me per tuas literas ~~sc~~ se perquisiris. Et simul ~~as~~ quibusdam locis notasse te, sic à me scriptum fuisse, ut c litera interponeretur post primam & asperationem sequentem, quod contra veterum consuetudinem affirmare tamen reprehendere te id quis, admirari quidem ac rationem huius querere. Ego autem non quibusdam locis, ut tu quis, sed ubique per c literas eam dictionem scribere consuevi, habeo que autores huius rei Dantem & Petraracham, & Boccatium, & Coluctium Saltatum, doctissimos homines, qui & ipsi ita scripserunt, & usus certe communis idem comprobatur. Nam quis ita loquitur, ut dicat mihi, præter ineptos quibusdam, qui ostentare se volunt antiquioris esse, nec intelligunt ita proferre ab se hanc dictionem mihi, ut Iudei & Chaldei

æi magis quam latini videantur. Nam
læ quidem nationes sic proferunt con-
identiam earundem vocalium, & ab imo
ectore aspirationem deducunt, nec tam
ngua & labiis, quam gutture loquun-
ir. Si igitur & usus hoc habet, & do-
tissimi homines nostræ vel superioris
tatis id observarunt, cur ipse mihi non
utem observandum? usus nempe magi-
er & dominus est sermonis nostri, &
uidem nñmum, ut ita dixerim, imperio-
is, qui non tam ratione & via, quam pro-
bitrio moveatur. Neque enim cum
ihi dixerunt antiqui, rationem secuti-
int, sed voluntatem usus. Nam ratio
uidem analogia ostendit non michi,
d mihi dicere iubebat, ut enim me, te, se,
c etiam mihi, tibi, sibi erat dicendum,
uod usus præpotens aspernatus est.
redo quia ineptum quidam mihi sona-
videbatur, cum tibi & sibi melius so-
ent. Usus ergo qui tunc dominus fuit,
iam hodie dominus est, & potest im-
probare, quod tunc probavit, alioquin
iratio nulla foret in verbis, nec essent
utata tot antiquorum placita. Nam
uod tu magis de hac dictione mihi, quam
e cæteris pene innumerabilibus admira-
s. Nonne optime dicebant antiqui,
pessime. Eodem modo alia, ut æditu-

mus, decumus, lubens, lubenter, pro
pyurho etiam purrum dicebant, & pro
frigibus frugibus. Propterea sicut dice-
bant, & non sit: & posiverunt, non po-
fuerunt. Nos vero haec omnia variamus,
usu iubente. Quin etiam per Ciceronis
tempora causam per duo si contra vero
iussus per unum s scribebant, ut Aulus
Gellius testatur, & marmoreis quibusdam
monumentis ratione licet conspicere. In-
super coeravit, faciendum dicebant anti-
qui, nos autem curavit dicimus, non coe-
ravit: &, faciendum, non faciendum. C
vero literam, quam nos hodie in dictio-
ne mihi interponimus, antiqui locis qui-
busdam interposuerunt, nulla cogente
causa praeter sonum, ceu ex si & ubi, si-
cubi, necubi, alicubi. Usus ergo apud
illos haec potuit, cur igitur idem usus
apud nos idem non possit? Nihil quoque
eodem modo scribo & profero, ductus
autoritatibus & rationibus, quas supra di-
xi. Vale.

III.

Leonardus Cardinali Co-
mensi S.

*Quæ sit differentia inter civitates Italie
Comum & Cumas.*

Si tempora me non impeditissent, reverendissime pater, fecissem id quod erat amicitiae nostræ, ut gratulatum ad te venissem, pro hac nova exaltatione tua. Nunc autem prohibitus ratione quadam, & respectu rerum minime negligendarum exclusus, tibi quidem palam exhibete officium abstinui. Ipse tamen pro te mihi gratulatus sum, ac lætatus sum tua dignitate, ita ut nemini tuorum in hac parte concederim. Quod si deus dederit, quod & ego opto, & te optare scio, ut ex hac belli turbulentia pacis amoenitas subsequatur, facile quicquid vel amissum vel interruptum est consuetudinis nostræ, sedulitate officii compensabitur. Vnum tamen differre nolo quod animadverti in quibusdam literis Cumanum te scribi, à civitate videlicet, de qua exaltatus es ad Cardinalatus supereminentiam. Id vero erratum, si in alio foret, silentio præcipirem, ac darem communī ignorantiae. In te autem homine docto,

S 4.

ac

ac literis expolito, nequaquam mihi proptereundum videtur. Non enim Cumanus dicendum est, ut mihi quidem videatur, sed Comensis. Rationem vero huius si quæris, nihil est quod facilius explicari possit. Duæ sunt enim civitates Italæ nominibus fere contiguæ, sitibus vero locorum valde distantes, una secus mare inferum, quæ Cumæ vocatur. Ex hac urbe Sybillam fuisse dicunt: Hæc est urbs, ad quam Aeneas navibus ex Sycilia pervenit, de qua Virgilius:

*Sic fatetur lachrymans, classique inmittit
babenas,*

*Et tandem euboycis Cumarum ambo
oris.*

Hæc etiam est urbs, de qua Juvenalis dicitur:

*Quanvis digressu veteris confusus anti-
ci,*

*Laudo tamen vacuis fedem quod fingerem
Cumis*

*Destinet, atque unum circuim donare Sy-
billæ,*

*Ianua Bayarum est, & grati littus ame-
ni*

*Seceffus, ego vel prochitam prepono fu-
ture.*

Est enim hæc urbs in litore maris, non
longe à Puteolis & Neapoli, utque Pise
&

c Athenæ, & Volaterræ plurali tantum
 om̄ne dicuntur, sic etiam Cumæ, & va-
 uis Cumis, & Cumarum allabitur oris.
 Cumis vero istis Cumanus dicitur, ut
 Cumana Sybilla, Cumanus civis, Cuma-
 nus præful. Sunt autem hæc omnia lu-
 e clariora, milleque autoritatibus si opus
 oret, probarentur. Altera est urbs non
 longe ab alpibus penes lacum, qui dici-
 ur Larius, hæc autem urbs non Cumæ,
 sed Cumum appellatur. Fuit autem hæc
 iatria C. Plinii secundi oratoris, qui per
 empora Domitiani & Nervæ, & Traiani
 loruit. Comum vero ab initio pos-
 sum fuit à transalpinis gentibus, quan-
 juam de prima eius origine ambiguitas
 est, postea vero longo intervallo colonia
 Romanorum civium in eam urbem fuit
 leduta, eamque urbem novum Comum
 appellarunt, quasi renovata civitas esset,
 ab colonos noviter inductos. Itaque de
 Plinio ita scriptum legimus, C. Plinius No-
 vicomensis orator. Vides igitur Novi-
 comensem dici, & si quis novi abiiciat
 Comensem esse dicendum. Vulgo etiam
 loquentes Comum appellant eam urbem,
 non Cumas, ut melius vulgaris sermo ve-
 ritatem servaverit, quam homines pa-
 rum erudit, qui omnia sua ignoratione
 conturbant. Quod vero penes antiquos

S 5

novum

movum Comum appellaretur, declarat C^Etulli Veronensis Poëtæ epistola, versibus scripta ad Cæciliūm Poëtam sodalem suum, sic enim inquit:

*Poëta tenero meo sodali
Velim Cæcilio Papire dicas,
Veronam veniat novi relinquens
Mœnia Comi, lariumque littus.
Nam volo quasdam cogitationes
Amici accipiat sui, meique. Et cætera.*

Plinius quoque ille maior, in libro Naturalis historiæ tertio Comum appellat, sic enim inquit: Oromoviorum stirpis esse Comum, & Bergamum Cato existimat, verum originem gentis se ignorare fatetur, quā dicit Cornelius Alexander à Gracis ortam, interpretatione etiam nominis quasi vitam degentem. Item alio loco idem Plinius ita scribit: *Intitudo Italæ subter radices Alpium à Varo flumine per vadâ Sabatia Taurinos, Comum, Bergatum, Brixiam, Veronam, Vinceniam, Opitengium, Aquilegiam, Tergestas, Polam, Arsiam septingentis quadrigintaquatuor milibus passuum colligit.* Quid ergo est cum ista probaverim te hominem apprime doctum magis censeo, verum sequi debere, quā in haec manifestum nominis errorem, consentire, nisi

nisi forsan Camis & Bays, & calidis aquis
magis delectaris, quam gelido lacu. De
quo Virgilius in laudibus Italie in-
quit :

*Quidve lacus tantos, te Lari maxime, te-
que
Flussibus & fremitu assurgens benace ma-
rino.*

Vale, ac me ama, tibique persuade à me
plurimum amari.

IV.

Leonardus Cardinali Co-
mensi S.

*Rationes caussaque variae redduntur op-
pidorum nominum, & ab eis de-
ductorum.*

DE cæteris quidem omnibus, excellen-
tissime pater, ut ex literis tuis conspi-
cio, nulla nos varietas est. Nam
& præmierūndarum gratulationum
probabilēm mihi causam fuisse concedis,
& incommoda belli pariter deploramus,
& de urbe Como quæ scripta fuerunt à
me tua paternitas assentitur, & non in-
gratiam sibi fuisse rerum illarum, comme-
morationem ostendit. Restat igitur una
pars non in controversia quidem, sed in
admi-

admiratione, de verborum scilicet quæ à civitatibus oppidisive trahuntur, per magna quadam & incomprehensibili varietate, quæ à te perite scienterque commemorata, ac multis exemplis demonstrauit, de qua quid ipse sentiam, optas certiorem à me fieri, nisi mihi grave sit, & nisi res indigna videatur. Ego vero tantum abest, ut graver de hisce rebus scribere & loqui, ut etiam gratias tibi per magnas habeam, quod ex præsentibus occupationibus non satis mihi quidem iucundis ad cogitationem rerum mihi iucundissimarum me revocasti, licet enim nos derideant ii, qui neque quid, neque quomodo loquantur unquam cogitabant, ipse tamen recte emendateque loquendi peritiam à præstantibus viris non existimo negligendam. Verborum enim delectum eloquentiae principium esse. Nemo quidem eloquentia qui non rectis, & congruitatibus utatur? An igitur Cœtus viꝫ librum de Anachorite id est, de formatione tractuque verborum, cum laude scripserit, nobis vero turpe fuerit illis ipsis de ratus tractare & loqui? Featur ergo in eorum verborum, de quibus à te scribitur, formatione magna quandam esse varietatem, sed ut vix ratio-

tionem ullam analogiæ constare in illis videam. Huius vero causam puto, quod alia Græca sunt oppida, alia barbara, alia latina. In singulis autem & voces, & consuetudines regionum permultum valuisse reor. Cives enim & oppidanos par est huiuscmodi appellationes ab initio frequentasse, utque ipsi sese scribebant, sic ab aliis vocabantur. Ex quo factum est, ut Græcorum oppidorum homines ad Græcam linguam, latini ad latinam, barbari ad barbarem declinarint. Similitudines quoque ac vicinitates frequenter in hac re valuisse comperio, in multis etiam suavitatis, concinnitatisque rationem habitam puto. Ex iis autem causis varietas tanta suborta est, quantum esse videmus. Ut vero aliqua de iis exempli gratia per nos attingantur, quid similius esse potest in verbis quam Verona & Ancona? Cur igitur alios Veroneses dicimus, alios Anconitanos? Græca videlicet civitas Ancona fuit, hoc est, à Græcis conditoribus posita, nomenque Anconitam à Græca voce trahitur Anconitæ. Ipsi enim conditores sic ab initio vocare cœperunt. Thomum civitatem scimus esse in ponto, non longe à fluminjs Danubii ostiis constitutam, apud quam

quam relegatus fuit Ovidius Poëta verbum ab ea tractum Thomitanum facit, non Thomensem, de qua inquit Ovidius ipse:

*Naso Thomitanæ non iam novus incole
terra,*

*Hoc tibi de Gethico littore mittit
opus.*

Thomum igitur & Comum ita similia esse video terminatione & syllaba, ut nihil differant, tamen ab altera Comensem dicimus, ab altera Thomitanum, terminatione illa Græcorum linguæ consona, quæ etiam Anconitanos dictum ostendimus. Illa etiam Græca sunt oppida, & ad figuram Græcorum figurata verba, Neapolitani, Panormitani, Dreponenti, Lilibetani in quibus non correspondere anealogiam latinorum verborum, non equidem admiror. Nam ut à Fano Fanensis, sic etiam ab Drepano Drepanensis, secundum latinam anealogiam erat dicendum. Segregemus igitur ea verba, quæ à Græcis habent conformatiōnēm quādam, neque de eorum varietate admirationem suscipiamus. Voces etiam ac mores regionum inter causas varietatum assignavimus, eamque rem permultum

valuisse in applicationibus manifeste deprehenditur. Vicini enim ad exemplum vicinorum faciliter pertrahuntur, ut in Campania Ferentiantes, Arpinates, Aquinates, Casmates, Antiates: & in Umbria Fulginates, Vrbinates, & horum vicini illorum secuti voces à Sarsena SarSenates, Ravennenses, à Cesena Cesenes, à Ravenna Ravennates dixerunt. Nam quid vetebat dicere Cesenenses, SarSenenses, Ravennenses? Galliæ transalpinae urbs est Gebenna, nomen ab ea trahitum Gabennenses facit, poterat per eam analogiam à Ravenna Ravennenses dici, nihil enim interest inter Ravennam & Gebennam, sed incolæ illius loci Ravennates maluerunt dici ad similitudinem SarSenatum & Cessenatum finitimorum iorū. Hæc Sarsena, de qua loquimur, Plauti comici Poëtæ patria fuit: sita vero est inter Cesanum & Aretium, ita ut dioceses earum civitatum utrumque attingerent. Suavitatis quoque rationem habiam in multorum formationibus conspicio, aurum enim sensus delicatissimus est, cunctaque repudiat, quæ non belle sonant. Pisas & Senas, & Fesulas plura-iter dicimus à Pisis Pisanum, à Fesulis Fe-ulanum, à Senis Senensis, dicimus non Sena-

Senanum, quia insuaviter sonare videbatur. Iis tribus exceptis causis, analogiae ratio in verbis quidem latinis sat tis constare videtur, ut Florentia, Placentia, Vincentia, Consentia, cum eandem in ultimis syllabis habeant terminationem, eodem modo formentur ab iis nomina, Florentinus, Placentinus, Vincentius, Consentinus. Aretium, Sutrum, Clausium, Regium, Opitergium, Patavium, & cæteræ iis similia: Eodem modo Aretinus, Sutrinus, Clusinus, Reginus, Opiterinus, Patavinus faciant. Item Tarentum, Tridentum, Tudertum: Tarentinus, Tridentinus, Tudertinus. Quæ vero habent o longam ante na, ut Verona, Cremona, Cortona, Hippona, Dertona, Savona, & alia, huiusmodi analogiam conservant. Mediolanum & Fanum cum similiter sonent, similia producunt ex se nomina. Eodem modo Ferraria & Novaria, Tusculum, Esculum, Verulum, & alia huius generis: Tuscanus, Esculanus, Verulanus. Mantua & Capua, Mantuanus, Capuanus, licet antiqui per ablationem u literæ Campanum dicerent, ut Campanæ delitiæ, Campanus senatus, Campanus civis. Sed nos hand spinosam sylvam omittamus. Neque enim

nim tractare de tota re, sed aliqua deli-
are exempli gratia propositum fuit. Cur
item Comenses dicendum sit potius quam
umanos duæ, ut mihi viderur, quæstio-
es sunt, aut enim de nobis quæritur, aut
e primis impositoribus, si de nobis nihil
expeditius esse potest. Cum enim vete-
res doctissimi viri ita scribant, & nos eo-
em modo observare debemus, Plinius in
bris de naturali historia inquit: in Co-
iensi iuxta Larium lacum fons horis sim-
ulis intumescit ac refidet. Et alibi scri-
tum est: C. Plinius Novicomensis. Qua-
e nos quoque eodem modo scribere ac
qui debere manifestum est. Quod si de
rimis impositoribus quæritur, cur malue-
int Comenses dicere, quam Comanos,
redendum est non sine probabili ratione
b illis factum, vel quia magnificentius so-
are videbatur, vel quia Mediolanenses &
laudenses, & huiuscmodi vicinorum ap-
pellationes, eos per similitudinem muta-
unt: vel quia Remensium, & Parmensium
nealogiam magis sequendam censuerunt:
potuit etiam illos ea causa inducere, quod

T

Coma-

Comanus idem significat quod villanus & rusticanus. Coma siquidem Græce villa est, ut autem ab urbe urbanus & urbicus, & à villa villanus, & villicus, sic etiam à Coma Comanus & Comicus. Itaque ut hanc nominis aquivocationem non satis honorificam vitarent, Comenses dicere maluerunt, quam Comanos. Vale.

V.

Leonardus regi Aragonum (*) S.
*Politicorum Aristotelis libros mittit, docetque
quæ dignitas, quodque sit officium
regum.*

Lampridem, Serenissime rex, insignem præstantiam mirabilium virtutum tuarum conspiciens, gavisus sum ipse mecum, & seculo nostro gratulatus, quod ei contingat regem habere præstantissimum, & tam belli quam pacis artibus glriosum, cuius industria in bello gerendo sapientiam summam, patientia vero ac perseverantia magnanimitatem eximiam ostenderit. Quid dicam de iustitia, quæ in te plurimum

cet

(*) Alfonso Sapienti.

cet? Quid de pietate ac religione? quid de fidei constantia? quid de omni rerum moderatione? quid de studiis literarum? quibus in maximo fervore maximi belli dare operam nunquam destitisti. Maxima profecto sunt hæc, & eximia regis ornamenta. Itaque & illa iamdudum à te possidentur, hæreditaria regna sub tantis virtutibus tuis tranquille beateque degunt, & ii qui insuper ex te adiuncti suæ populi, sub tua gubernatione, tandem tranquillitatem sperare merito possunt. Quis igitur ista considerans non faveat cœptis tuis? quis tuo nomini non suffragetur. Evidem si tantam operam militiæ dedissem, quantum studiis literarum impendi, armatus forsan prodesse nonnihil possem, cum vero arma non didicerim tractare, sed libros, in hoc ipso quod didici, ne opera mea tibi desit, annitar. Itaque Politicorum Aristotelis libros, per me in latinum traductos, ad te mittere constitui, magnum ac dives instrumentum regiæ gubernationis, ac propriam regis suppellectilem. Nam cæteri quidem libri, ut mihi vide-

T 2 tur,

tur, communes omnium, ut ita dixerim, sunt, ii autem proprii regis, siquidem rex à regendis populis dicitur, libri autem ii nihil aliud docent, quam quemadmodum populi regantur. Quare ego ille tuæ laudis avidus te hortari, obtestarique non definam, ut hos Politicorum libros quam familiarissimos tibi facere studeas, licet enim à parentibus regibus, ut tuæ dictabant literæ, permulta ac præclara exempla bene regendi susceperis, tamen aliud est natura, aliud disciplina, ut in rethorica & musica licet intueri. Qui enim musicæ scientiam tenet, longe melius de illa iudicabit & sentiet, quam is qui vel ex ingenio proprio, vel ad imitationem alterius vocem formabit. Idem quoque est in arte rhetorica. Etsi enim magnis ingenii præditi, quidam copiam dicendi sine arte assecuti sunt, ars tamen dux certior est, quam natura. Aliud est enim arbitratu suo verba facere, alia ea quæ dicas ratione & arte distinguere. Regia quidem dignitas suprema est omnium dignitatum humanarum. Itaque Poëtæ lovem

rem non imperatorem appellant, sed regem: tribuentes deo id nomen, quod est ipud homines maximum atque amplissimum. Multa igitur ac maxima ornamenta, & à natura & ab arte dignitas regia equirit, si munus suum recte velit adimplere, cum esse debeat tanquam deus iuidam inter homines, excellens bonitate, excellens sapientia, excellens virtute. Quod considerans Philippus Macedonum ex sapientissimus, ac maximus vir, Alexandrum filium Aristoteli in discipulum radidit, quo illam quam modo diximus excellentiam adipisceretur. Extat illius epistola ad Aristotelem de Alexandro, in qua hæc sunt verba: Dijs, inquit, gratias tabeo, non tam proinde, quia natus, quam pro eo, quod eum nasci contigit temporibus vita tuæ, spero enim fore, ut educatus eruditusque à te dignus existat, & te & parum rerum susceptione, O sapientissimam hominis vocem. Ita demum enim putavit dignum fore susceptione regni, si disciplina erudiretur. Atque plane ita fuit. Natura enim & disciplina ornatus

rex mundum quasi totum suis victoriis
illustravit, & Indiam ad usque regnum ex-
tendit. Pyrrhus quoque Epirotharum
rex maximus, & ipse bello vir, non solum
lectitavit libros, cum esset rex, verum etiam
scripsit de militari disciplina. Iulius vero
Cæsar quantus fuerit in literis, libri ab eo
scripti declarant. Hi ergo summi viri,
non solum natura præstantes, verum etiam
literis, disciplinaque edocti, universum
pene terrarum orbem gloria sui nominis
replevere. Ex quo ridere interdum soleo-
quorundam regum simplicitatem, qui ge-
nerosum ducunt literas nescire, nec intel-
ligunt ex eo fieri, ut reges ipsi ab aliis re-
gantur. Neque enim putandum est, in
parvis quidem rebus disciplinam & artem
esse necessariam, in maximis autem non
esse: imo quanto maius est regere popu-
los & gentes, tanto plus sapientia disciplinæque requirit. Est autem horum li-
brorum non doctrina solum admirabilis
ac præcipua, verum etiam incredibilis qua-
dam amoenitas, cum propter determina-
tiones pulcherrimarum quæstionum, tum
pro-

Propter explicationes innumerabilium, pene rerum cognitu dignissimarum, tum quia narrationes insunt veterum regum ac potentissimarum civitatum, & sapientium regum latorum, ut vel historiaz gratia operaz pretium sit illa cognoscere. Summa vero totius disciplinaz de populis regendis, gubernandisque existit. Infinitaque ferme sunt in iis libris, quaz regem vel instruere, vel ornare, vel commonefacere possint, salubria consilia, præcepta permulta, ex intimo philosophiaz sacrario deprompta. Morbi regnum undē proveniant, quibus remediis ac medicinis huiusmodi morbis obvietur: præterea quot fint regum genera, & qualia. De tyrannis etiam permulta ac dignissima cognitu, quorum illorum opera nepharia declinemus. Populaz quin etiam naturas & mores non alienum fuerit regem cognoscere, cum ea sint populi gubernandi. Omnis legitima gubernatio pro utilitate eorum qui gubernantur, instituta est, pro honore vero & gloria illorum qui gubernant. Itaque partitio illa recta existit, ut rex qui-

T 4

dem

y XI

296 EPIST. ARETINI LIB. VIII.
dem gloriam ex gubernatione sua susci-
piat, populi vero, qui ab eo reguntur, uti-
litatem. Sed quid ago, cum libros ipsos
mittam, in quibus prolixius & commodius
ista continentur. Intelligo enim me plu-
ra scripsisse, quam oporteat, præsertim
cum ad regem scribam; Sed excuset me
affectione mea. Devotio enim summa ne-
scit paucis esse contenta. Vale decus
seculi nostri.

LEONARDI ARETINI
*Epistolarum libri octavi
& ultimi*
F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM.

A.

<i>Adrianus</i> Imperator potentissimus	pag. 243
<i>Adraſtus</i> , ſic dictus, quia rem non conficit,	15
<i>Agamemnon</i> , dictus a tolerantia	14
<i>Agricultura</i> laudanda, non tamen Mufis præfrenda,	137
<i>Alexander M.</i> nunquam de ſepulchro ſibi exſtruendo curavit,	202
Præceptore uſus eſt Aristoteles	293
<i>Alpium</i> descriptio	113
<i>Amicorum</i> naturam ferendam in quibusdam	126
<i>Amor</i> , & eius furor, quid?	192
amici cuiusdam perversus & obſcenus deſcribitur,	173
<i>Anconitana</i> civitas,	245
<i>Angelus</i> (Iac:) Aretini æmulus in honoribus ambiendis,	2
<i>Apologia</i> Aretini pro ſua Aristotelis translatione	246
<i>Agæ</i> , vocabulum Græc. quomodo latine interpre-tandum?	105
<i>Aretinus</i> , (Leon. Brunus,) diſcipulus fuit Emma-nuelis Chrysoloræ	vid. Dedic.
admodum iuvenis Pontif. Innoc. VII. factus	
Secretarius,	vid. Dedic. & pag. 1
per poſtremum vitæ tempus Reipubl. Flo-rentinæ fuit Cancellarius,	vid. Dedic.

INDEX RERUM

- Aretinus*, (Leon. Brunus) sepultus in templo S. Cris-
cis Florentiaz ibid.
- vitam eius composuit Iannottius Manet-
tus, ibid.
- amicum Colluctium alienatum dolet, 25
- Colluctium vita defunctum luget, 27
- testatur, quantum curam habuerit Salutati,
Colluctii filii, quem in tutelam receperat,
- describit, qua ratione inter partes se inte-
grum servet, 81
- excusat se Pet. Aemiliano, quod non frequen-
tius scripserit 92
- Aretium* civitas antiqua & opulenta Etruriaz, vid.
- Bogg. Orat. hab. in fun. Aretini.
- Ariminum*, eiusdemque urbis vetustatis reliquiaz 83
- Aristoteles* Socratis auditor non fuit 195
- fuit præceptor Alexandri M. 293
- eloquens fuit, & Scripta eius male a litera-
rum imperitis latinitate donata sunt, 14
- Eiusd. libror. Ethicorum versiones 148. 253
- libri Politicorum, 27
- Politicorum libros in latinum versos Al-
fonso regi Aragon. dedicat & ad legendum
commebat Aretinus. 290
- Astyanax*, unde dictus? 14. II
- Arbes*, fluvius Galliaz II

B.

- Bellum*, quod cives Romani adversus Pontifice
gesserunt,

Bellum

INDEX RERVM.

<i>Bellum</i> in quo Pontif. ab urbe aufugere coactus est	9
post redditum Pontif. redintegratum.	27
<i>Benedictus Antipapa</i>	47. 58
<i>Boëtii</i> verlio librorum Aristotelis	147. 257
<i>Zona</i> , num dicantur a beando?	165

C.

<i>literam antiqui locis quibusdam interposuerunt,</i> nulla cogente causa, præter sonum, e. g. <i>si & ubi, sicubi;</i> ita <i>necubi, alicubi</i>	278
<i>Calumnia</i> imperitorum contemnenda,	140
<i>Cardinales</i> relinquunt Pontif. Gregor. XII.	72
<i>Cesar</i> (C. Iul.) librum scripsit de Analogia, i. e. de formatione verborum,	284
<i>Causa</i> Ciceronis tempore per <i>ff</i> scribebatur	278
<i>Cicero</i> nonnunquam a malevolis peregrinus Rex dictus, quod erat Arpinas origine,	87
ex regio genere ortum traxit	123
quis fuerit?	146
<i>Ciceronis Epistolarum</i> exemplar antiquissimum	99
<i>Scripta</i> , tanquam leætu dignissima commen- dat Aretinus,	205
<i>Civitas</i> ab urbe quid differat?	85
dicitur a ciendo, non quasi <i>civium unitas</i> ,	86
<i>Comœdia</i> veterum Poëtarum a vulgo spectabantur, non intelligebantur,	224
<i>Comum</i> , urbs Italæ	281
<i>Concilium Constantiense</i>	117. 129. 133
<i>Pisanum</i>	98
<i>Consolatio</i> ad quendam in funere matris	208
<i>Constantia</i> , urbs opulenta & antiqua,	115
	<i>Cer-</i>

INDEX RERVM

<i>Cornelia Gracchorum fœmina erudita</i>	229
<i>Cuma, urbs Italæ</i>	280
<i>Cupiditates animi quidam potiores habet, quam unitatem ecclesiæ</i>	59
<i>Curio, (Caius) illiteratus, inter oratores numeratus, ob copiam optimorum verborum</i>	229
<i>Curia Rom. sub Pontif. Greg. XII. maxiime turbata,</i>	73-75

D.

<i>Divitiae in bonis quodammodo numerantur a Philosophis</i>	160
oramento sunt possidentibus & ad virtutem exercendam suppeditant facultatem	167
honeste sunt acquirendæ non anxie coacer-vandæ	ibid.

E.

<i>Ereōyes quosnam Græci vocent?</i>	105
<i>Eolus significat vietum & putridum,</i>	15
<i>Epicarmi, Poëtæ filia, fœminæ doctæ</i>	229
<i>Episcopatus ambientes a Pontif. Rom. quibus artibus uti oporteat?</i>	78
<i>Eruditio sine virtute sfernenda, namque callidi-tas est, vid. Orat. Pogg. hab. in fun. Aret.</i>	

F.

<i>Fastidio, verbum, quid apud autores significet?</i>	128
<i>Furoris quænam sint species?</i>	190
<i>Furor Poëtarum qualis esse debeat?</i>	189

Grat.

INDEX RERUM

G.

- Iratulatio ad amicum e carcere liberatum,* 22
Gregorius XII. Pontif. quomodo in locum Innocentii VII. electus sit? 38

H.

- Hector* sic dictus, quia urbem servavit, 14. 16
num & quomodo solus urbem Troiam servaverit? 18. 19
Hispania laudatur, & demonstratur maximos Imp.
Rom. ex Hispanis fuisse 241
Hippolitus unde dictus 15. 17

I.

- Iannotius Manettus* vitam Arëtini composuit, vid.
Dedicat.
Imperatores olim non coronati sunt, 219
Italia laudatur 266
Judiciorum certus quidam ordo esse debet, 196
Ius civile ad faciendum virtutem bonum nil pertinet 206
Iussus, tempore Ciceronis per simplex scribebatur 278

L.

- Lacus Constantiensis* 114
Laudationum materia quibus rebus Maxima pra-beatur scriptoribus 32
Literæ commendaticæ Colluctii quid profuerint Aretino 5

M.

- Magistratus* veri animus qualis? qualisque corrupti? 94
Malatesta (Carolus) princeps urbis Arimini, ut heros in toga & sago laudatur 88
Mara-

INDEX RERVM.

<i>Maranum</i> oppidum	III
<i>Mediolanum</i> , unde sic dictum?	260. 52
<i>Mibi</i> num per c scribendum	276
<i>Misenus</i> idein significat quod odiosus	13
<i>Mors</i> nil habet mali, sed est somno simillima re- quies	212
<i>Mysteria</i> quid sint?	190
N.	
<i>Narratio</i> , quando ea opus sit, quando non, in cau- sis?	44
<i>Nomina Herorum</i> non esse vera, sed plerumque Poëtis conficta	14. 16
<i>Nominum oppidorum</i> & ab iis deductorum ratio- nes & causæ	283
<i>Nominum imponendorum</i> quæ fuerit ratio?	4
<i>Novum Comum</i> urbs Italizæ	281
<i>Numa Pompilius</i> Roma rex peregrinus interdum dicebatur, quod erat ex Sabinis	87
<i>Nuptiarum</i> impensa & magnificentia	102
O.	
<i>Oratores Venetorum</i> quam excellenter in Pap: Cardinaliumque consensu dixerint	51
<i>Graci & Latini</i> aliter scripsierunt Orations suas, quam dixerant	23
P.	
<i>Blato</i> laudatur	20
libri eius quæ ratione ab Aretino translati sunt,	
	ibid.
<i>Poëma</i> quid sit?	10
<i>Poëtarum furor</i>	ibid.
<i>Poggii</i> post obitum Aretini Cancellarius Floren- tius factus, vid. not. sub Orat. Poggii ha- bit fun. Aretini	
	Post:

INDEX RERVM.

<i>Pontifex</i> ex urbe aufugere coactus	9
redit in urbem	24
<i>Pontifices duo</i> , Gregorius XII. & Benedictus Anti-papa unitatem eccl. facere conantur	47
eorum dissentientium animus,	58. 64
<i>Pyrrhus</i> Epirotarum Rex scripsit de disciplina militari	294
Q.	
<i>Quintilianus</i> laudatur	122
R.	
<i>Reges Romani veteres</i> nunquam coronati sunt	220
<i>Regia dignitas</i> suprema est dignitatum humana-rum	292
<i>Regis nomen</i> maius est quam Dictatoris	214
<i>Rex</i> dicitur a regendis populis	291
quosnam scriptores legere debeat	263
literas scire debet	294
ex gubernatione sua ipse gloriam suscipiat,	
subditi utilitatem	295
<i>Rhenus</i> , fluvius	113
<i>Rhetorica</i> artificialis præstat naturali	292
<i>Roma</i> , quo paeto eam hostis ingressus sit nocte,	
quoque modo expulsus	49

S.

<i>Sappho</i> fœmina docta Græcis veribus scripsit Poëma	229
<i>Scamander</i> quis fit?	14. 16
<i>Scripta</i> ut vultus & oculi sunt animi indices	244
<i>Scriptores</i> bonos ab interitu vindicare laudabile est	120

Secre-

INDEX RERVM.

<i>Secretarii</i> Pontificis honore & dignitate excellentes sunt advocatis	18
<i>Sepulchrorum</i> magnificentia est vana, potissimum indignorum	199
<i>Sermo</i> olim Romæ alias fuit vulgi quam litteratorum	221
<i>Socrates</i> laborum patientissimus aliquando, cum sibi cogitatio incidisset, stetit cogitans per totum diem & noctem eius Philosophia laudatur.	237
Sermones eius quales fuerint?	240
<i>Statue</i> Philosophis olim ponebantur	195
<i>Studia</i> quomodo feliciter prosequenda?	204
<i>Summum bonum</i> quid sit?	192

T.

<i>T</i> ὸν ἄγαθὸν, summum bonum se ex Græco recte transtulisse declarat Aretinus	150. 24
<i>Theodosii</i> , Imperatores	243
<i>Thomum</i> , civitas in Ponto	285
<i>Traianus</i> Imperator	242
<i>Tramutum</i> , vicus pulcherrimus & ob multitudinem vinetorum beatus	110
<i>Tridentum</i>	109


V.


<i>Vaticinum</i> , quid sit?	190
<i>Villa</i> , Varroni dicitur <i>a vobis</i>	228
<i>Villa</i> cuiusdam descriptio	61
<i>Virtus</i> bonum quidem virum efficere potest, sed ad beatum faciendum ipsa per se non est sua	166

W.

<i>Walchirchium</i> oppidum	113
-----------------------------	-----







Digitized by Google

